11:2

De lanae in antiquorum ritibus usu

scripsit

Jakob Pley

Gießen 1911
Verlag von Alfred Töpelmann (vormals J. Ricker)

BL
25
R38
v.11:2

QC
R279
v.11:2

Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten

begründet von

Albrecht Dieterich und **Richard Wünsch**

herausgegeben von

Richard Wünsch und **Ludwig Deubner**

in Königsberg i. Pr.

XI. Band. 2. Heft

Kapitel I und II sind als Dissertation von Münster 1911 unter dem Titel *De lanae in antiquorum ritibus usu capita duo* veröffentlicht worden.

Prooemium

In ritibus antiquorum lanam et pelles lana obvolutas et laneas infulas et vittas, quae apud Graecos *στέμματα* nominabantur, usitatissimas fuisse satis constat. Ut nostris temporibus in ecclesia catholica cotidie aqua consecrata in permultis caerimoniis adhibetur, sic in antiquitate taeniae et vittae, quas saepe eandem vim ac illa habuisse ostendam.

Exquirere conabor hoc libello, quae fuerit origo lanae usus, et exponam, quam magnam auctoritatem et vim lanam habuisse antiqui putaverint. Primum quidem hac de causa lanam, infulas, vittas, vestes ex lana factas in ritu Graecorum et Romanorum praeceptas fuisse elucebit, quod lana, si cum linteo, lino, sericis, aliis vestimentis comparas, maiore est vetustate, earumque usum pervulgatum eo explicari, quod hominis animus ad tenendum et conservandum in ritibus religiosis cultum vitae prioris inclinat. In aliis ritibus lana est loco *ἀπαρχῆς*, i. e. compensationis alius victimae, praesertim ovis, ut hostiae maxime usitatae. Magna in hac re vis est fili lanei, quippe cum adhibeatur in alligando et constringendo, praecipue in rebus magicis. Ritum pellis quoque Iovis, quae Graece vocatur *Διὸς κῴδιον* vel *δῖον κῴδιον*, quam habuerit significationem intellegemus.

Cordi denique fuit mihi explicare, quomodo factum sit, ut nonnulli ritus, sicut cilicii, flammei, vittarum transferrentur in caerimonias ecclesiae Christianae; elucebit Christianos, id

quod etiam aliis argumentis probatum et consentaneum et minime mirum est, in singulis rebus mores et consuetudines paganorum persaepe servasse.

Institui autem ita commentationem meam, ut primo quidem capite agerem de „Iovis pelle“, altero de lana ex priore vitae condicione superstite, tertio de lana prohibente et propulsante mala, quarto de lanae in magia amatoria et medicinali usu.

CAPVT I

ΔΙΟΣ ΚΩΙΔΙΟΝ

De nonnullis oraculis nobis traditum est, eum, qui a deo consilium petere vellet, in templum introisse ibique in pelle arietis[1] antea immolati incubasse; quo facto in somniis oraculum eum accepturum esse credebant.

1. De oraculo Amphiarai tradit Paus. I 34, 5: *Δηλοῖ δέ, ἡνίκα ἐνομίσθη θεός, δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος. καὶ πρῶτον μὲν καθήρασθαι νομίζουσιν, ὅστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος· ἔστι δὲ καθάρσιον τῷ θεῷ θύειν· θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ τῷ βωμῷ τὰ ὀνόματα· προεξειργασμένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος.*

[1] In pelle arietis dormivisse homines de nonnullis eiusmodi oraculis non traditur. Cf. E. Rohde, Psyche I[4] 125 et 186—189. Haud scio an traditio per litteras aut imagines nobis prodita in hac re nos destituat; quin etiam maxime verisimile fit, hoc verum esse, cum videamus, ceteras caerimonias, de quibus traditur, praesertim sacrificium arietis, etiam in his oraculis factas esse; cf. pag. 6sqq. — De incubatione v. L. Deubner *De incubatione, Lips.* 1900; Hermann, *Gott. Alt.* § 41, 17; cf. inscriptionem Epidauriam, Eph. archaiol. 1883, 197sqq. et 1885, 1sqq.; Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum II p. 649 no. 802. Verbum illud *ὀνειραίτητον* in papyris magicis persaepe nobis occurrens Deubner l. c. 30 sic explicat: *Quid tibi faciendum sit, ut per somnium deos vel daemones quosdam consulas.* Ibid.: *In altero Partheyi papyro Berol. longius exstat praeceptum de Apollinis invocatione instituenda. Videtur etiam ille deus per somnum exspectari, quamquam id ipsum non satis constat*; cf. infra 12.

2. De oraculo Podalirii[1] habet Lycophro Alex. 1047 sqq.:

Ὁ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τάφων,
δυοῖν ὁμαίμοιν ἄτερος, ψευδηρίων
ξένην ἐπ' ὀστέοισιν ὀγχήσει κόνιν.
δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις
χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι ναμερτῆ φάτιν.

Ad hoc schol. Tzetzae (Ed. Scheer, Lycophronis Alexandra II 321):

Δοραῖς δὲ μήλων· εἰώθασι οἱ Δαύνιοι ἤτοι οἱ Καλαβροὶ ἐν μηλωταῖς καθεύδειν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ Ποδαλειρίου καὶ καθ' ὕπνους λαμβάνειν χρησμοὺς ἐξ αὐτοῦ.

3. Oraculum Calchantis[2] commemoratur a Strabone VI 284: *δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας περὶ λόφον, ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα, τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ (ἐναγίζουσι δ' αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι)...*

4. Oraculum Fauni laudatur Verg. Aen. VII, 85 sqq.[3]:

Hinc Italae gentes omnisque Oenotria tellus
in dubiis responsa petunt; huc dona sacerdos
cum tulit et caesarum ovium sub nocte silenti
pellibus incubuit stratis somnosque petivit,
multa modis simulacra videt volitantia miris
et varias audit voces fruiturque deorum
colloquio atque imis Acheronta adfatur Avernis.
Hic et tum pater ipse petens responsa Latinus
centum lanigeras mactabat rite bidentis
atque harum effultus tergo stratisque iacebat
velleribus; subita ex alto vox reddita luco est.

Ovid. fast. IV, 649 sqq.:

Silva vetus nullaque diu violata securi
stabat, Maenalio sacra relicta deo.

[1] Cf. Rohde I 185[1].

[2] *Also ebenso, wie nach Lykophron des Podalirios. Man könnte fast an eine Verwechselung des Strabo oder des Lykophron glauben; aber der Ritus kann in beiden Heiligtümern derselbe gewesen sein*; Rohde I 186[2]. Ibidem Rohde de oraculo archangeli Michaëlis, quod est eodem loco atque illud oraculum Calchantis, disseruit. Deubner quoque l. c. plura de hac re verba fecit.

[3] Cf. Heinze *Vergils epische Technik* 172[2].

ille dabat tacitis animo responsa quieto
noctibus. his geminas rex Numa mactat oves.
prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno:
sternitur in duro vellus utrumque solo.
bis caput intonsum fontana spargitur unda,
bis sua faginea tempora fronde premit.
usus abest Veneris, nec fas animalia mensis
ponere, nec digitis anulus ullus inest.
veste rudi tectus supra nova vellera corpus
ponit, adorato per sua verba deo.
interea placidam redimita papavere frontem
nox venit, et secum somnia nigra trahit.
Faunus adest, oviumque premens pede vellera duro
edidit a dextro talia dicta toro.

5. Oraculum Iudaeorum. Hieronymus ad Iesaiam 64, 5 (Migne Patrol. Lat. XXIV 657 A § 774): *Nihil fuit sacrilegii, quod Israel populus praetermitteret, non solum in hortis immolans et super lateres tura succendens, sed sedens quoque vel habitans in sepulcris et in delubris idolorum dormiens, ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniis futura cognoscerent.*

Cum his oraculorum caerimoniis convenit in gravissimis rebus id quod de cultu mystico Iovis in Ida monte habitantis nobis traditur; Porphyr. vit. Pythag. 17: *Εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον καλούμενον ἄντρον καταβὰς ἔρια ἔχων μέλανα τὰς νενομισμένας τρὶς ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψεν καὶ καθήγισεν τῷ Διί, τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον ἐθεάσατο*[1].

Ut cum deo se coniungerent (id enim his caerimoniis expetivisse homines infra ostendam), hi pellibus laneis utuntur, ille laneis vestimentis. Haec igitur vestimenta ex lana nigra confecta (aries quoque, qui in oraculo Calchantis mactatur, niger est) idem significant atque illae arietum pelles.

Mire consentiunt cum praescriptis oraculorum supra dictorum ritus oraculi Trophonii, quod fuit apud Lebadiam in Boeotia sitam, de quo Maximus Tyrius haec tradidit, diss. VIII 2a (Hobein 87):

[1] Ad hoc v. Rohde I[4] 129 et Jane Ellen Harrison *Prolegomena to the study of Greek religion*[2], *Cambridge* 1908, 597.

Ἐν Τροφωνίου τε μὴν (καὶ γὰρ τοῦτο μαντεῖόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἥρωος Τροφωνίου περὶ Λεβαδίαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ, ἐσκευασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει καὶ φοινικίδι, μάζας τε ἐν χεροῖν ἔχων, εἰσδύεται ὕπτιος κατὰ στομίου στενοῦ· καὶ τὰ μὲν ἰδών, τὰ δὲ ἀκούσας, ἄνεισιν αὖθις ὑποφήτης αὐτάγγελος.

In hoc igitur oraculo adhibetur *φοινικίς*, i. e. vestis purpurea lanea (quamquam dictum non est, hanc vestem laneam fuisse, tamen hoc verisimile est, cum vestes purpureae in antiquitate usitatae semper fere laneae essent hac quidem de causa, quod faciluis erat laneas vestes hoc colore inficere quam alias ut linteas vel sericas), qua veste idem spectatur atque ista nigra lanea [1], quam Porphyrius commemoravit. Pausanias IX 39, 5 sqq. memoriae tradidit eum, qui ad oraculum Trophonii iret, infulas laneas induisse; quis ergo est, qui neget has non aliam vim habuisse quam vestes laneas? Persuasum equidem habeo in talibus oraculis vellera arietum primum fuisse; inde per annos vestes et infulae et vittae laneae profectae sunt. Simile quid saepius videbimus. Pausanias l. c. dicit haec [2]: *Κατὰ δὲ τὸ μαντεῖον τοιάδε γίνεται· ἐπειδὰν ἀνδρὶ ἐς τοῦ Τροφωνίου κατιέναι δόξῃ, πρῶτα μὲν τεταγμένων ἡμερῶν δίαιταν ἐν οἰκήματι ἔχει· . . . διαιτώμενος δὲ ἐνταῦθα τά τε ἄλλα καθαρεύει καὶ λουτρῶν εἴργεται θερμῶν* (sequuntur nomina deorum, quibus sacra fiunt). . . . *ἐν δὲ νυκτί, ᾗ κάτεισιν ἕκαστος, ἐν ταύτῃ κριὸν θύουσι ἐς βόθρον, ἐπικαλούμενοι τὸν Ἀγαμήδην. θυμάτων δὲ τῶν πρότερον πεφηνότων αἰσίων λόγος ἐστὶν οὐδείς, εἰ μὴ καὶ τοῦδε τοῦ κριοῦ, τὰ σπλάχνα τὸ αὐτὸ θέλοι λέγειν· ὁμολογούντων δὲ καὶ τούτων, τότε ἕκαστος ἤδη κάτεισιν εὔελπις, κάτεισι δὲ οὕτω· πρῶτα μὲν ἐν τῇ νυκτὶ αὐτὸν ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴν Ἕρκυναν, ἀγαγόντες δὲ ἐλαίῳ χρίουσι καὶ λούουσι* [3] *δύο παῖδες τῶν ἀστῶν ἔτη τρία που καὶ δέκα γεγονότες, οὓς Ἑρμᾶς ἐπονομάζουσιν· οὗτοι δὲ*

[1] Colores nigri et purpurei haud inter se distant, cum et hic et ille sit color inferorum; cf. Rohde Ps. I 226 [3].

[2] Totum locum affero, ut videas, etiam ceteras caerimonias oraculi Trophonii cum ritibus oraculorum, quorum supra mentionem feci, consentire.

[3] De aqua et oleo simul adhibito cf. G. Hock *Griechische Weihegebräuche* München 1905, 110.

τὸν καταβαίνοντά εἰσιν οἱ λούοντες καὶ ὁπόσα χρὴ διακονούμενοι ἅτε παῖδες· τὸ ἐντεῦθεν ὑπὸ τῶν ἱερέων οὐκ αὐτίκα ἐπὶ τὸ μαντεῖον, ἐπὶ δὲ ὕδατος πηγὰς ἄγεται· αἱ δὲ ἐγγύτατά εἰσιν ἀλλήλων. . . . θεασάμενος δὲ ἄγαλμα, ὃ ποιῆσαι Δαίδαλόν φασιν, ὑπὸ δὲ τῶν ἱερέων οὐκ ἐπιδείκνυται πλὴν ὅσοι παρὰ τὸν Τροφώνιον μέλλουσιν ἔρχεσθαι, τοῦτο τὸ ἄγαλμα ἰδὼν καὶ θεραπεύσας τε καὶ εὐξάμενος ἔρχεται πρὸς τὸ μαντεῖον, χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθεὶς καὶ ὑποδησάμενος ἐπιχωρίας κρηπῖδας [1].

Papyrus Partheyus alter *Abhandlungen d. Königl. Akad. d. Wiss. zu Berlin* 1865 p. 152 continet praeceptum de Apollinis invocatione instruenda, v. 69: Καὶ τὸν μὲν κλῶνα τὸν ἐγγεγραμμένον τοῖς δύο ὀνόμασι ποίει σεαυτῷ στέφανον περιπλέξας αὐτῷ στέφος, ὅ ἐστι λευκὸν ἔριον ἐκ διαστημάτων δεδεμένον φοινικῷ ἐρίῳ [2]· κατερχέσθω δὲ ἐπὶ τὰς κατακλεῖδας παρειμένον· ἐπαρτήσεις δὲ καὶ τῷ δωδεκαφύλλῳ κλάδῳ ὁμοίως στέφος. His verbis praecipitur, quid faciendum sit, si deus iam semel imploratus nondum appareat; adiumentum igitur est maioris effectus. Cum in aliis, tum in talibus praeceptis lanam adhiberi saepius inveniemus, imprimis in praeceptis magiae medicinalis. Alba ista et rubra vitta lanea eandem mihi rem significare videtur ac lanea vellera et vestes et infulae oraculorum.

Idem ferre praescriptum est iis legibus, quae pertinent ad incubationem in Asclepieo instituendam [3]:

. . . . . εἰσπορευέσθ]ω εἰς . . . . . .
. . . . . ἡμέ]ρας δέκ[α] ἀποδέξετ(α)[ι . . .
. . . . . εἰσιὼν λουσάμενος, εἂ[ν . . . . . .
. . . . . ἀπαλ]λάσεσθαι περικαθαιρέ[τω . . . .

[1] De oraculo Trophonii v. Plut. de gen. Socr. 22 p. 590B; Lucian. Dial. mort. 3, 2; schol. Arist. nub. 508; Philostr. vit. Apoll. VIII 19; Suid. s. v. *Τροφώνιος* Philostratus dicit oraculum petentes vestitos fuisse *λευκῇ ἐσθῆτι*. Secundum Suidam erant hi *κοσμήσαντες ἑαυτοὺς ἱερῷ τινι σχήματι*.

[2] De coloribus rubris et albis coniunctis v. A. Dieterich *Eine Mithrasliturgie* 10; Samter *Familienfeste der Griechen und Römer* 54 et Philol. LVI 394sqq.; Daremberg-Saglio, Encycl. III 1411; Abt *Die Apologie d. Apuleius v. Madaura u. die antike Zauberei* (*Relgesch. Vers. Vorarb.* IV 2) 74[3]; Schürer *Gesch. d. jüd. Volkes*[3] II 281.

[3] Max Fränkel *Altertümer v. Pergamon*, Bd VIII 2 (*Die Inschriften . Pergamon* II) Berlin 1895, n. 264.

. . . . . χιτῶ]νι λευκῶι[1] καὶ [ϑ]είωι καὶ δ[άφνηι
. . . . . ται]νίας, ἃς περικ[α]ϑαιρέτω ω . . .
. . . . . εἰσ]πορευέσϑω πρὸς τὸν ϑεὸν τ . . .
εἰς τὸ μ]έγα ἐγκοιμητήριον ὁ ἐγκο[ιμησόμενος . . . . .
. . ἱερε]ίοις λευκοῖς ἁγνοῖς ἐλάας ἔ[ρνεσιν ἐστεμμένοις
. . . . . μήτε δακτ]ύλιον μήτε ζώνην μ[ήτε . . . .
. . . . . ἀνυπ]ό[δ]ητο[ν . . . . . .

Cum iis, qui in vellere laneo ad dormiendum in oraculis incubant vel vestibus laneis induti sunt, mea quidem sententia iungi oportet illam effigiem (Baumeister III p. 1759 fig. 1839), quae Amphiaraum, quem daemonem fuisse vaticinantem supra (p. 3) vidimus, fingit inferiorem corporis partem pelle lanata involutum.

Iam identidem erant, qui explicare conarentur, quid sibi vellet arietis pellis in incubatione adhibita. Dielsius[2] quidem putat, substitutionem illa vellera significare et vim habere lustrationis: loco hominis sacra facientis esse victimam; hominem autem, ut demonstraret, se ipsum caedi re vera oportere, pellem victimae induere vel in eo consistere vel sedere vel cubare, qua re expiaretur et lustraretur. Quem sequuntur inter alios Samter[3] et Hock[4]. Frazer[5] id in animo habebat, quod nunc *Totemismum* nominare solemus. Aliam ad hunc ritum interpretandum viam Robertson Smith nobis ostendit proferens locum illum Luciani Toxar. 48: *Τὸ δὲ ἔϑος ἡμῖν τὸ περὶ τὴν βύρσαν οὕτως ἔχει· ἐπειδὰν ἀδικηϑείς τις πρὸς ἑτέρου ἀμύνασϑαι βουλόμενος ἴδῃ καϑ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὤν, βοῦν ἱερεύσας τὰ μὲν κρέα κατακόψας ἥψησεν, αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν κάϑηται ἐπ' αὐτῆς εἰς τοὐπίσω παραγαγὼν τῶ χεῖρε ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. καὶ*

[1] De colore albo v. Ovid. fast. ed. H. Peter (Lips. 1874) I 70 adn.; W. Schmidt *Geburtstag im Altertum* (*Rel.gesch. Vers. Vorarb.* VII 1) 25 et 27; Wissowa *Rel. d. Römer* 245 et 246[1]; Abt l. c. 167[5] et 172 et 189; Th. Wächter *Reinheitsvorschriften im griechischen Kult* (*Rel.gesch. Vers. Vorarb.* IX 1) 16[1] et 17[2].

[2] *Sibyllinische Blätter* 69[1]; cf. W. Robertson Smith *Die Religion der Semiten*, *übers.* v. R. Stübe (Freib. i. B. 1899) 335; Cumont *Die orientalischen Religionen im römischen Heidentum* (*Übers.* v. Gerich, Lpzg. u. Berlin 1910) 48 sq. [3] L. c. 97 sqq. [4] L. c. 123.

[5] *Totemism*, Edinbourgh 1887, 34.

τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. παρακειμένων δὲ τῶν κρεῶν τοῦ βοὸς προσιόντες οἱ οἰκεῖοι καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος μοῖραν ἕκαστος λαβὼν ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν, ὁ μὲν πέντε ἱππέας παρέξειν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ δέκα, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ ὁπλίτας ἢ πεζοὺς ὁπόσους ἂν δύνηται, ὁ δὲ μόνον ἑαυτὸν ὁ πενέστατος. ἀθροίζεται δ'οὖν ἐπὶ τῆς βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε καὶ τὸ τοιοῦτον σύνταγμα βεβαιότατόν τέ ἐστι συμμεῖναι καὶ ἀπρόσμαχον τοῖς ἐχθροῖς ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν. τὸ γὰρ ἐπιβῆναι τῆς βύρσης ὅρκος ἐστίν[1].

Ad hoc Kroll in libello suo, qui inscribitur *Alte Taufgebräuche* (*Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII 1905 *Beiheft*) 39 dicit: *Der Sinn dieser Zeremonie kann nicht zweifelhaft sein: durch den gemeinsamen Genuß des Fleisches*[2] *und das Betreten des*

---

[1] Huius rei simile quid narrat R. W. Felkin *Notes on the Madi or Moru tribe of Central Africa. Proceedings of the Royal Society of Edinbourgh* XII 1882—84, 336 sq., quem narrationem reddidit Frazer *Le rameau d'or* II 220 sq.: *Une cérémonie remarquable est célébrée à époques fixes, une fois par an à ce que je crois. Il ne m'a pas été possible d'en découvrir la signification exacte. Elle semble, en tous cas, relever le moral du peuple; car, auparavant, les Madis sont tristes, et, lorsqu'elle a pris fin, ils sont tout joyeux. Voici en quoi elle consiste. Une assemblée nombreuse, composée de gens de tout âge, s'assied en rond autour d'un cercle de pierres, le long d'un chemin. Un jeune garçon va chercher un agneau choisi avec soin et lui fait faire quatre fois le tour de l'assemblée. Quand l'animal passe devant eux, les assistants lui enlèvent un brin de laine, qu'ils se mettent soit dans les cheveux, soit dans quelque autre partie du corps. Puis l'agneau est conduit sur les pierres; là il est tué par un homme, qui appartient à une sorte de caste sacerdotale. Cet homme prend un peu du sang de la victime et en asperge quatre fois l'assemblée. Il oint ensuite de ce même sang chaque personne présente individuellement.* Frazer adnotat hoc: *L'usage de marquer les assistants avec le sang de la victime constitue une sorte de communion avec la divinité.*

[2] Sanguine hostiae caesae poto idem se consecuturos esse homines persaepe crediderunt. Cf. K. Kircher *Die sakrale Bedeutung des Weines im Altertum, Rel.gesch. Vers. Vorarb.* IX 2 p. 79 sqq. Frazer l. c. I 141 sqq. nonnulla exempla affert, quibus elucet hac re *inspirationem* spectari. Cf. Pausanias II 24, 1 et E. B. Tylor *Primitive Culture* II 131 sqq. Pag. 142 Frazer hoc dicit: *Les Sabéens croyaient le sang impur; néanmoins, ils en buvaient, parce qu'ils pensaient que les démons s'en nourrissaient; ils se figuraient qu'ils entraient ainsi en communion avec eux, et que*

Felles tritt man in eine Gemeinschaft mystisch-ritueller Natur[1]. Hominem facere *einen Bund mit dem Gotte, indem er die Haut des diesem geweihten Tieres betritt.*

Haec opinio ad incubationem relata confirmari mihi videtur isto loco Ovidii fast. IV 649 sqq., quem supra pag. 4 sq. commemoravi. Nam ex his versibus apparet deum coniungere se cum homine in pelle arietis mactati incubante. Pellis igitur, in qua Faunus pedibus consistit, instrumentum est, quo deus cum homine se coniungit. Haec opinio est minime mira et hic ritus incubationis idem significat eandemque vim habet ac caerimonia, quam apud Lucianum scriptam vidimus[2].

In alio quoque ritu Iovis pellis, quam Graeci *Διὸς κῴδιον*

---

ceux-ci lèveraient pour eux le voile qui cache aux mortels la vue de l'avenir. V. A. Hellwig *Verbrechen und Aberglaube* (ex collectione librorum, quae nominatur *Aus Natur und Geisteswelt 212. Bändchen*) Lpzg. 1908, p. 67 et 72.

[1] Cf. Smith l. c. 240: *Das Mysterium seines* (id est victimae) *Todes findet seine Rechtfertigung in der Erwägung, daß nur auf diese Weise das heilige Bindemittel gewonnen werden kann, durch das ein Band lebendiger Einheit zwischen den Verehrern und ihrem Gotte geschaffen und in voller Kraft erhalten werden kann.* Cf. Zenob. II 83.

[2] De ritibus sinulibus Indicis v. Herm. Oldenberg *Die Religion des Veda*, Berlin 1894, 325[1]; 330 sq.; 398 sqq.; praesertim 399[1]; 500. Oldenberg existimat sedendo in pellibus animalium id agere et spectare homines, ut vires et facultates horum animalium transeant in se; cf. Robertson Smith l. c. 335. Ad ea, quae Oldenberg his locis disseruit, mire consentire videtur, quod nuper fortuito scriptum inveni in annalibus, qui inscripti sunt *Hygieia*, quosque edit (*die*) *internationale Hygiene-Ausstellung, Dresden* 1911. Agitur hoc loco de ritu quodam Mexicano, qui describitur his verbis. . . . *Der irdische Vertreter des Gottes Tezc-atl-ipoca stirbt heute für die Menschheit. Ein Jahr lang hat der Auserwählte des Gottes Schmuck getragen und göttliche Ehren genossen; heute soll er sterben und durch sein Selbstopfer die Welt erlösen. . . . Diese Opfer wurden bei den Mexicanern allmählich verallgemeinert; es kann kein Zweifel sein, daß die Menschenopfer jährlich nach Hunderten zählten, auch ist es bekannt, daß sich eigenartige Gebräuche daran knüpften. Das Fleisch wurde nämlich oft mit Mais gekocht und verzehrt, um der göttlichen Eigenschaften des Geopferten teilhaftig zu werden, während bei den Ackerbaufesten ihm sogar die Haut abgezogen wurde, die dann aus gleichen Gründen einem Priester als Gewand diente.*

vel *δῖον κώδιον* nominabant, adhibebatur, in mysteriis dico. Nemo[1] nisi lexicographi nobis de hac re tradiderunt.

Hesych. s. v. *Διὸς κώδιον· οὕτως ἔλεγον, οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται, ἐφ'οὗ οἱ καθαιρόμενοι ἑστήκεσαν τῷ ἀριστερῷ ποδί. τινὲς δὲ τὸ μέγα καὶ τέλειον. ὁ δὲ Πολέμων τὸ ἐκ τοῦ Διὶ τεθυμένου ἱερείου.*

Suidas s. v. *Διὸς κώδιον. οὗ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται. θύουσί τε τῷ τε Μειλιχίῳ καὶ τῷ Κτησίῳ Διί, τὰ δὲ κώδια τούτων φυλάσσουσι, δῖα προσαγορεύοντες. χρῶνται δ'αὐτοῖς Σκιροφορίων τὴν πομπὴν στέλλοντες καὶ ὁ δᾳδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸς τοὺς καθαρμούς, ὑποστορνύντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν*[2].

Bekker, Anecdota Graeca 242: *Δῖον κώδιον· ἐπὶ τῶν καθαιρομένων λέγεται, ἐπειδήπερ Διὶ θύουσι καθαίροντες τοὺς μύσει κατεχομένους.*

Ad hunc ritum mysteriorum Eleusiniorum referendi sunt versus 192 sqq. hymni Homerici in Cererem ad hanc caerimoniam illustrandam et interpretandam facti:

ἀλλ' οὐ Δημήτηρ ὠρηφόρος ἀγλαόδωρος
ἤθελεν ἑδριάασθαι ἐπὶ κλισμοῖο φαεινοῦ,
ἀλλ' ἀκέουσα ἔμιμνε, κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα,
πρίν γ'ὅτε δή οἱ ἔθηκεν Ἰάμβη κέδν' εἰδυῖα
πηκτὸν ἕδος, καθύπερθε δ'ἐπ' ἀργύφεον βάλε κῶας·
ἔνθα καθεζομένη προκατέσχετο χερσὶ καλύπτρην.

Ritus Iovis pellis, ut in mysteriis celebrabatur[3], optime pictus est in urna Romana, quam publicavit Ersilia Gaetani-Lovatelli in annalibus, qui nominantur *Bulletino della commissione archeologica comunale di Roma* VII 1879, tab. 1—5[4].

---

[1] Polemo, qui nominatur a Graecis *ὁ Περιηγητής* vel *ὁ Στηλοπόπας*, de Iovis pelle librum scripsit, de quo nihil nisi verba supra allata lexicographorum operibus nobis traduntur.

[2] De hoc loco v. Harrison l. c. 24[1].

[3] Quomodo haec caerimonia acta sit, descripsit H. G. Pringsheim *Archaeologische Beiträge zur Geschichte des eleusinischen Kults*, München 1905, 26.

[4] V. Stengel *Griechische Kultusaltertümer* tab. IV 3; W. Helbig *Führer durch die öffentlichen Sammlungen in Rom*[2] 1899, II p. 237 no. 1122;

Nuper has imagines edidit Rizzo, *Römische Mitteilungen* XXV (1910) 103 sqq. fig. 5 et 6. Haec pictura constat ex tribus partibus. In prima vides mystam stantem nudis pedibus vestitum pelle ante sacerdotem; dextra manu tenet porculum, super cuius caput sacerdos aquam infundit, sinistra libum. Haud dubium est, quin hac pictura sacrificium lustrale effictum sit [1]. In altera parte mystam videmus, qui capite velato sedet in pelle leonis sinistra tenens facem [2]; arietis [3] autem pellem re vera in hoc ritu adhibitam esse eo concludi potest, quod prope pellem caput arietis depictum est. In dextra parte picturae duae mulieres stant, quarum altera magnam infulam habet.

Δῖον κῴδιον in hoc ritu idem valere idemque significare atque in incubatione haud existimo. Verisimile autem mihi est, hac de causa hominem vestiri pelle arietis aut stare in ea vel sedere, ut lustretur et ei reddatur integritas et sanctitas, quam antea habuerit [4]. Optime hinc opinioni convenit, quod haec pellis est hostiae antea immolatae. Accedit, quod scriptores convenientes neque minime ambigui hoc tradiderunt et mystae in Platonis Phaedr. 69 c *κεκαθαρμένοι* appellantur; idem ex Aristophanis versibus concludi potest: nub. 250 sqq. et 730 sq.:

> *ΣΤ. οἴμοι, τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι*
> *ἐξ ἀρναχίδων γνώμην ἀποστερητρίδα;*

W. Amelung *Römische Mitteil.* XX (1905) 296; Hock l. c. 126 sqq.; Samter l. c. 97 sq.; Pringsheim l. c. 9 sq.

[1] Cf. Lobeck, Aglaoph. 41.

[2] Cf. Hock l. c. 127 adnot. 5.

[3] *Das Löwenfell erweist sich als vom Verfertiger des Cinerariums interpoliert, und man erkennt leicht den Grund: der Einzuweihende, der in der ersten Szene durch die Löwenhaut als Herakles charakterisiert war, sollte hier ebenso gekennzeichnet werden.* Pringsheim l. c. 10, quo loco copiose et accurate haec pictura describitur. Cf. Collignon-Couve, Catal. no. 1136 (ubi haec pictura falso explicatur). — *Das Opfertier des Zeus χθόνιος, der Widder, das vornehmste Sühnopfer . . .*, Rohde 272 [1].

[4] Cf. Farnell *The evolution of religion* 1905, 88 sqq.; Cumont l. c. 48 sqq., qui hunc ritum *eine geistige Desinfektion* nominat. De lustratione verba fecerunt inter alios J. Lomeier, De veterum gentilium lustrationibus, Ultraiect. 1681; E. Rohde, Psyche v. index s. v. Kathartik; L. Schmidt *Ethik der alten Griechen*, Berlin 1882, I 118 sqq.

quibus verbis Aristophanem mysteria ludibrio habuisse A. Dieterich subtiliter docuit (Mus. Rhen. XLVIII 1893 p. 276 sq.)[1]. Ex ritu denique, qui in eos, qui caedem commiserant, adhibebatur, licet concludere, lustrationem[2] hac re petitam fuisse (cf. Suid. s. v. *Διὸς κῴδιον* supra 19); cf. Paul. Fest. (de Ponor) 520[3].

Eadem quoque ratione explicandum esse puto ritum, de quo Lucianus De dea Syria 55 certiores nos fecit: Hierapoli hominem sacra facientem caput et pedes victimae ponere in suo capite et in pelle substrata genibus sedere: *τὸ δὲ νάκος χαμαὶ θέμενος ἐπὶ τούτου ἕς γόνυ ἕζεται, πόδας δὲ καὶ κεφαλὴν τοῦ κτήνεος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἀναλαμβάνει.*

Romae lustratio facta est alio modo; vellera tamen etiam apud eos in hac re magna erant auctoritate. Lustratio populi Romani fiebat mense Februario, qui inde habet nomen.

Festus, 85 s. v. *Februarius*: *Februarius mensis dictus, quod tum, id est extremo mense anni, populus februaretur, id est lustraretur ac purgaretur, vel a Iunone Februata, quam alii Februalem, Romani Februlim vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant, eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina. quam ob causam is quoque dies Februatus appellatur*[4]. *Quae-*

[1] *Wie man es vielleicht täglich beobachten konnte, zogen die orphischen Winkelpriester und Sühnepropheten mit einem Widderfell und ein paar Kalk- oder Gipsstücken umher und „reinigten" jeden, der sich von ihnen einschüchtern ließ.* Dieterich l. c.

[2] *Καθαρμοί* et *ἀγνεῖαι* tractantur a Wächtero l. c. 1 sq. et 4. Haud recte mihi dixisse videtur Harrison l. c. 27 haec: *The word dirus is charged with magic, and this lives on in the Greek word διος which is more magical than divine. It has that dubliness, for cursing and for blessing, that haunts all inchoate religions terms. The fleece is not divine in our sense, not difinitely either for blessing or for cursing; it is taboo, it is 'medicine', it is magical. As magical medicine it had power to purify, i. e. in the ancient sense, not to cleanse physically or purge morally, but to rid of evil influences, of ghostly infection.*

[3] *Subici aries dicitur, qui agitur ut caedatur, quod fit exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia inigitur ab eo, qui scelus admisit, i. e. ἐναγής.* De his verbis v. Pringsheim l. c. 27.

[4] Ovidius quoque de his feriis uberius nobis tradidit, fast. II 267 sqq.; ibid. 19 sqq. haec scripsit:

cumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, februa appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur februatum.

Ovid. *fast.* II, 31 sq.:

mensis ab his dictus, secta quia pelle luperci
omne solum lustrant, idque piamen habent.

ibid. V, 101 sq.:

semicaper, coleris cinctutis, Faune, lupercis,
cum lustrant celebres vellera secta vias.

Copiosissime Plutarchus hunc ritum describit, Rom. XXI: *Τὰ δὲ Λουπερκάλια τῷ μὲν χρόνῳ δόξειεν ἂν εἶναι καθάρσια· δρᾶται γὰρ ἐν ἡμέραις ἀποφράσι τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὃν καθάρσιον ἄντις ἑρμηνεύσειε· ... σφάττουσι γὰρ αἶγας, εἶτα μειρακίων δυοῖν ἀπὸ γένους προσαχθέντων αὐτοῖς οἱ μὲν ἡμαγμένῃ μαχαίρᾳ τοῦ μετώπου θιγγάνουσιν, ἕτεροι δ' ἀπομάττουσιν εὐθύς, ἔριον βεβρεγμένον γάλακτι προσφέροντες. Γελᾶν δὲ δεῖ τὰ μειράκια μετὰ τὴν ἀπόμαξιν. Ἐκ δὲ τούτου τὰ δέρματα τῶν αἰγῶν κατατεμόντες διαθέουσιν ἐν περιζώσμασι γυμνοί, τοῖς σκύτεσι τὸν ἐμποδὼν παίοντες, αἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ γυναῖκες οὐ φεύγουσι τὸ παίεσθαι, νομίζουσαι πρὸς εὐτοκίαν καὶ κύησιν συνεργεῖν* [1].

---

februa Romani dixere piamina patres
nunc quoque dant verbo plurima signa fidem:
pontifices ab rege petunt et flamine lanas
quis veterum lingua februa nomen erat.

De quo ritu Ovidius haec verba fecit? Equidem hoc dicere non possum.

[1] Diels dixit, hunc Lupercaliorum ritum fuisse *substitutionem* (*Sib. Bl.* 69 [1]); hoc etsi verum est, tamen non omnes lanarum ritus, ut Diels existimavit, quem alii secuti sunt, incubationis, consecrationis, magiae, alii, ad hanc lanae vim referri possunt. Idem dicit Deubner, qui optime de hac re nuper disseruit (*Arch. Rel.-Wiss.* XIII 481 sqq.) 501 adnot. 1. Tres huius ritus progressus Deubner discrevit et probavit, posterioribus temporibus accepisse Lupercalia *den Charakter einer reinigenden Begehung schlechthin .... den Charakter einer Lustratio;* l. c. 497. *Die kathartischen Riten sind wahrscheinlich von Augustus bei der Restauration des Festes zugefügt worden;* ibidem 507. Cf. Rob. Smith l. c. 294; Warde Fowler *Roman Festivals* 318 sqq.; Marquardt *Staatsverw.* III 142; Mannhardt *Myth. Forschungen,* Straßburg 1884, 86 sqq.; Reinach *Cultes myth. et rel.* I 177; Otto *Faunus* P.-W. VI 2066.

Sic omnis populus illo die lustrabatur a iuvenibus lupercis contactu pellium victimarum[1].

Ut iuvenes isti, sic Faunus quoque in Lupercali cultum habens capri pelle indutus erat; cf. Iustin. 41, 1: *ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur*[2].

In alio quoque ritu Romano, qui fiebat in nuptiis, pellis lanata adhibebatur.

Serv. ad Verg. Aen. IV, 374: *Mos enim apud veteres fuit flamini ac flaminicae, dum per confarreationem in nuptias convenirent, sellas duas iugatas ovilla pelle superiniecta poni eius ovis, quae hostia fuisset, ut ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione flamen ac flaminica residerent.*

Festus, 114: *In pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus pellibus homines erant induti, vel quod testetur lanificii officium se praestaturam viro.*

Plutarch. Quaest. Rom. 31: . . . . *καὶ τὴν νύμφην εἰσάγοντες νάκος ὑποστρωννύουσιν· αὐτὴ δ' εἰσφέρει μὲν ἠλακάτην καὶ τὴν ἄτρακτον, ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρός.*

Magnam inter mysteriorum Graecorum supra dictorum et nuptiarum Romanorum ritus esse similitudinem cognoscimus[3]. Et hic et illic enim ovis sacrificatur, sedent in pelle eius, caput velatur. Quae cum ita sint, facile concludi potest, hunc ritum in nuptiis Romanorum factum eandem originem habuisse et eadem ratione explicandum esse ac caerimonias mysteriorum Graecorum; haec opinio, fuisse dico ritum confarreationis lustrationem, eo probatur, quod pellis, in qua nubentes sedebant, erat ovis, quae hostia antea fuerat.

Haas, *Die Heiratsgebräuche der alten Inder, nach den Grihyasûbra, Indische Studien* ed. Weber, V, Berlin 1862,

---

[1] Similis mos erat Tanagrae: ab Mercurio, quippe qui arietem circa urbem portasset, vindicata est a malo quodam. Quotannis haec caerimonia a iuvene pulcherrimo iterabatur, Paus. II 3, 4; IX 22, 1; cf. Wünsch *Röm. Mitt.* XV (1900) 217.

[2] Cf. Baumeister I fig. 564. Iuvenes igitur Luperci dei formam et figuram imitantur habitu suo.

[3] Cf. A. Roßbach *Röm. Ehe* 112 sqq.; Samter *Familienfeste* 47, 93, 101; Diels l. c. 48[2], 69[2]; Pringsheim l. c. 28 sq., 34 sq.; cf. supra 10[2].

267 sqq. de ritibus nuptialibus Indorum dicit haec (324): *Westlich vom Feuer wird ein rothes Stierfell ausgebreitet, den Hals nach Osten (oder nach Norden) gerichtet, die Haare nach oben zugekehrt.* In ea nova nupta deponitur; hac caerimonia esse putatur *Exorcismus und Segen für den neuen Hausstand* (l. c. 207)[1]. Apud Finnos orientales, qui confessionem habent Graeco-catholicam, nubentes, ubi introierunt domum, in pelle consistunt (*Globus* 1899 p. 319).

In ecclesiae catholicae caerimonias, ut multa alia[2], sic etiam hic pellium ritus lustrationem spectans delatus est. Exstant in ecclesia catholica septem *sacramenta*, quorum tria ad peccata condonanda adhibentur; aliis autem hoc effici non potest. Quodsi verum est, quod supra diximus, habuisse haec vellera vim lustrationis et hac de causa adhibita esse, non nisi in tribus sacramentis, quibus peccata condonantur, hic ritus adhiberi potest. Et hoc quidem litteris satis probatur. Haec pellis enim, cilicium vocata, quia ex *fetidarum pilis capellorum*, ut infra cognoscemus, conficiebatur, cum in caerimoniis aliorum sacramentorum non adhiberetur, in tribus sacramentis, qui 'mortuorum' vocantur, quippe quae tribuantur iis, quorum animae peccatis gravibus sunt mortuae, invenimus. Haec sacramenta sunt baptismatis, poenitentium, infirmorum.

Facile intellegimus, quid sit, a quo homo cilicio liberetur et lustretur: Putabant enim Christiani[3] in omnes, qui peccatum commisissent, introisse daemonem malum, vel etiam plures[4], *quia non singula singuli homines habent vitia* (Origin.

[1] Ad hoc preces, quae sequuntur, dicebantur: *Besteig das Fell. Setze dich hin zum Feuer. Denn dieser Gott treibet fort alle Rakshas. Gebäre du Kinder hier diesem Gatten! Es sei dein Sohn voller Gedeihn wie dieser.* (l. c. 208); cf. Oldenberg *Rel. d. V.* 463.

[2] Cf. quae dixerunt de hac re H. Usener *Vorträge und Aufsätze* (*Mythologie*) 46 sqq.; Kroll *Alte Taufgebräuche* 28; J. Tambornino, De antiquorum daemonismo (*Rel.gesch. Vers. Vorarb.* VII 3), prooem. 2.

[3] Plura de hac re verba fecit J. Tambornino l. c. 92 sqq.

[4] Augustinus, De Symbolo ad Catechumenos (Migne, Patrolog. Lat. 40, 41 p. 661 dicit haec: *Parata sunt corda vestra, quia exclusus est inimicus de cordibus vestris. Mandata est domus, non remaneat inanis; ne cum vacuam desertor invenerit, adducat secum alios septem nequiores se,*

in Ios. hom. XV 5. Migne, Patrol. Lat. XII 902). Qui daemones mali ut eicerentur ex homine improbo, in his tribus sacramentis praeter alias caerimonias cilicium adhibebatur.

De ritu sacramenti baptismatis[1] ad cilicium pertinente certiores nos fecit Ed. Martene, De antiquis ecclesiae ritibus, Antuerpiae 1737, tom. I 79A: *Baptizandis publica imposita poenitentia: Hi (scilicet catechumeni) si maiores aetate sunt, cum actione poenitentiae veniunt. Si minores sunt, in signo poenitentiae per stramenta ciliciorum a ministris deducuntur ad sacerdotem, ut qui per se non possunt agere poenitentiae opus, in se habeant poenitentiae signum.* Ibid. 79C: *Idem de depositione vestium splendidarum et induendo cilicio dicere possemus, ut patet ex actis sancti Sylvestri, quae licet corrupta, ut diximus, tamen quia vetusta antiquam Ecclesiae disciplinam repraesentant. Porro in his S. Sylvester Constantino regenerari in Christo cupienti fertur dixisse: Exige a te hac una hebdomada ieiunium, et deposita purpura intra in cubiculum tuum, ibique induere cilicio, prostratus humi.*

Kroll l. c. 38[1] verba Ildefonsi episcopi (de cogn. bapt. 14) repetit: *quod per stramenta ciliciorum ad oleandum sacerdotibus parvuli deducuntur, ut poenitentiae signum habeant propter opus, qui poenitentiae opera demonstrare non possunt propter aetatis tempus.*

In Africana ecclesia exorcismus adhibitus est in scrutiniis, quod elucet ex Augustini verbis (serm. 216, 10 P L 38, 1082): *Et vos quidem, cum scrutaremini, atque ipsius fugae ac desertionis persuasor in Trinitatis omnipotentia debite increparetur, non estis induti cilicio, sed tantum vestri pedes in eodem mystice constiterunt.*

Martene l. c. 84C haec verba Augustini commemorat

---

et efficiantur 'hominis illius posteriora' ut Evangelium loquitur, 'peiora prioribus' (Luc. XI 26). Mox ut exclusus fuerit pessimus invasor, introducatur optimus possessor. Quis est invasor? Diabolus. Quid invasit? Hominem .... Cf. Tambornino 96[2].

[1] Augustinus ibid. 636 haec commemorat: *Ergo tribus modis dimittuntur peccata, in Baptismate, in oratione, in humilitate maiore poenitentiae: tamen Deus non dimittit peccata, nisi baptizatis.*

(Patrol. Lat. 40, 41 p. 637): *Quid est dilectissimi, quod in vobis celebratum est? Quid est, quod hac nocte circa vos actum est, quod praeteritis noctibus actum non est? Ut ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius Ecclesiae, ibique cervice humiliata, quae male ante fuerat exaltata, in humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis celebraretur examen, atque ex vobis exstirparetur diabolus superbus, dum super vos invocatus est humilis altissimus Christus.* Ibid. 660 dicit Augustinus: *Omnia sacramenta, quae acta sunt et aguntur in vobis per ministerium servorum Dei, exorcismis*[1], *orationibus*[2], *canticis spiritualibus*[3], *insufflationibus*[4], *cilicio, ...*; cf. Martene, ibid. 84 D: *Porro cilicium non pedibus simpliciter sternebatur; sed pedibus nudis, id quod innuit ipse Augustinus, dum ait 'humilitate pedum'.*

Ut in sacramento baptismatis, sic in sacramento quoque poenitentium cilicium adhibebatur.

Martene III 146 C: *Ordo, quomodo poenitentes in capite quadragesimae episcopo se debent praesentare .... Absolutio .... Post cineres poenitentium capitibus impositos Episcopus super eos aquam benedictam spargat, deinde cilicio capita eorum cooperiat*[5], *et cum gemitu et crebris suspiriis eis denunciet, quod sicut Adam proiectus de paradiso est, ita et ipsi ab Ecclesia pro peccatis abiciuntur.*

Ibid. 161 A: *In Ecclesia Pistaviensi cineres imponebantur sub hac forma: Poenitentium age in cinere et cilicio ..... in cathedrali Rotomagensi Ecclesia in eiectione publice poeniten-*

---

[1] Cf. Tambornino 108 sqq. [2] Cf. ibid. 102.

[3] Cf. Kroll l. c. 52 et Tambornino 77 et 100 sqq.

[4] Tambornino 102.

[5] Haud scio, an hoc sit substitutio; nam in professione sollemni Benedictinum (*Caeremoniale Monastico-Benedictinum quo exempta Congregatio Bavarica sub titul. SS. angelorum Custodum . . . uti solet*, Tegernsee 1737) haec substitutionis sententia videtur contineri. *Omnibus ita completis pulsatur maior campana, et Neoprofessus ad mattam nigro stragulo in medio Chori stratam ductus, sese in ea prosternit et funebri mappa cooperitur, positis hinc inde quattuor Cereis, duobus videlicit ad caput et duobus ad pedes in signum, ut vivat mortuus et moriatur vivus.* (Hunc locum protulit Dieterich *Mithraslit.* 168.) De his moriendi et renascendi sententiis, quae etiam ritui orientali taurobolii subsunt, cf. Wissowa *Rel. d. Röm.* 269; Cumont l. c. 80 sqq.

tium a diacono hastili appensum portatur cilicium .... In Ecclesia Laudunensi poenitentes infra missarum sollemnia ad offertorium eiciebantur: Dum cantatur offertorium, inquit illius ordinarium, Episcopus poenitentes in Ecclesiam introducit, postea reductis ad sinistram partem pulpiti, dat eis cineres, et Archidiaconus cilicium. His peractis eicit eosdem, quos introduxerat de Ecclesia, deinde redit ad altare et divinum peragit officium. Eiecti poenitentes ad usque caenam Domini ab Ecclesiae ingressu prohibebantur.

Hoc cilicium debebant gerere peccatores per omne tempus poenitentiae, quod apparet ex p. 152B: *Poenitentiam itaque vestram, ut a Sanctis Patribus definita est scire debetis: ... Tempore poenitentiae vestrae cilicio uti debetis.*

Hunc fuisse ritum lustrationis et orationis verbis declaratur; v. Ad. Franz *Das Ritual von St. Florian*, Freiburg 1904, p. 108: *Omnipotens sempiterne Deus, qui per indumenti asperitatem vitam tui precursoris laudasti: preces, quas tibi lacrimabiliter ex intimi cordis affectu fundimus, clementer exaudi, et hoc cilicium, quod ex fetidarum pilis capellarum ad penitentiae indicium confici permisisti, benedicere tua ineffabili clementia dignare et eo utentium omnium maculas criminum dele vitamque concede perpetuam.*

Martene III 150C: *Benedictio super cilicium poenitentibus dandum post cineres. Oratio. Omnipotens et misericors Deus, qui peccatoribus pietatis tuae misericordiam et veniam tribuis, oramus clementiam tuam, ut hoc indumentum, quod vocatur cilicium, benedicere et sanctificare digneris, ut quicumque eo pro peccatis suis indutus fuerit, et misericordiam tuam imploraverit, veniam et indulgentiam tuae sanctae misericordiae consequatur.*

Aliam cilicii caerimoniam Martene III 241E notavit: *Feria 5. in coena Domini in primis fiat reconciliatio poenitentium hoc modo: Nona cantata, pergat excellentior sacerdos ostium Ecclesiae occidentalis, indutus vestibus sacerdotalibus, in cappa serica rubra, cum duobus diaconis albis cum amictibus indutis, absque subdiacono et sine cruce per medium chori, praecedente vexillo cilicino.*

Nescio an hunc ritum cum eo conferre liceat, quem

Pausanias IX 22, 1 (cf. p. 15[1]) narravit, excipi dico omnia mala, ut illic ariete circa urbem portato, ita hic vexillo cilicino portato per ecclesiam.

In sacramento denique infirmorum ritum cilicii adhibitum videmus. Hoc sacramentum tribuetatur, si quis erat valde aegrotus mortisque hora appropinquaverat, et effici eo sperabant (quin etiam nunc hoc credunt catholici), et peccata aegroto condonari et vitia corporis sanari sanitatemque posse ei reddi. Minime hoc mirum est opinionemque, quam de vi vellerum supra dixi, hac nova causa probatam atque confirmatam intellegimus. Nam antiqui putabant peccata animi et morbos corporis fuisse eiusdem rei diversos effectus, possessionis a daemonibus malis factae; cf. Radermacheri adnotationem ad Soph. Philoct. v. 759; Tambornino 61 sq., 97 sq. Quae mala ut ex homine aegroto eicerentur, in sacramento infirmorum inter alias caerimonias, ut aquae aspersae, orationum, cilicium adhibebatur.

Martene: I 968 A (ante mortem sacerdos aegrotum admonet): *velitque in cinere et cilicio ut poenitentem mori, quemadmodum christianum hominem decere sanctus Martinus affirmavit, et suo exemplo docuit. Quod si infirmus ita velle mori dixerit, tunc parochus cinerem et cilicium benedicet . . .*

Aqua super infirmum aspersa et nonnullis orationibus factis praescriptum est hoc (ibid. 920 D): *Tunc sacerdos facit crucem ex cinere cum aqua supra pectus eius et imponit cilicium desuper. Sequitur antiphona: Sana, Domine, infirmum istum.*

Quid haec caerimonia sibi velit, etiam orationum verbis declaratur ibid. II, 1023 E . . . . *oramus clementiam tuam, ut hoc indumentum, quod vocatur cilicium, benedicere et sanctificare digneris, ut quicumque eo pro peccatis suis indutus fuerit, et misericordiam tuam imploraverit, sanitatem corporis ac veniam et indulgentiam tuae sanctae misericordiae consequatur.*

Mortuis quoque cilicium, quod brevi ante mortem aegrotis superponebatur[1], in sepulcrum dabatur.

[1] Martene I 848 A praescribitur, cilicium super caput morientis imponi.

Martene II 1120 A: *Famuli autem, qui sunt in talibus exercitati et periti, cum viderint horam exitus eius imminere, ciliciu m expandunt, cinerem desuper in modum crucis componunt, et sic infirmum superponunt.*

Ibid. II 1116 E: *Haec est consuetudo huius monasterii antiqua pro abbate nostro defuncto. A primis personis monasterii diligenter atque devote abluetur. Exinde revestietur atque ornabitur ex integro tamquam ad missam; super feretrum in quo iacebit ponetur cilicium, super ciliciu m corpus.*

Ibid. 1032 D: *S. Bernwardus Hildesheimensis episcopus . . . praeceperat adhuc vivens, ut feretrum, quo ad tumulandum corpus eius efferebatur, non pallio, ut moris est in talis personae funereo obsequio, sed ciliciо obtegeretur.*

1033 B: *Caroli Magni imperatoris funus ita describit monachus Engolismensis in eius vita cap. 24: . . . Ciliciu m ad carnem eius positum est, quod secreto semper induebatur.*

Recte hunc ritum Martene explicat II 1035 A (secundum Durandi in Rationalis lib. VII cap. 35, n. 40): *Quidam* (sc. fideles Christiani) *vero cilicium insumuntur, ut hac veste insignia poenitentiae repraesentent. Nam cinis et cilicium arma sunt poenitentium.*

De Iovis pelle in oraculis et mysteriis adhibita satis mihi multa verba fecisse videor; restat, ut nonnulla dicam de Iovis pelle in ea magia adhibita, qua imbrem excitare homines superstitiosi credebant. De hac re memoriae tradidit Ps. Dicaearchus 2, 8 (Geogr. Gr. min. ed. Müller I 107; FHG I 98): *Ἐπ' ἄκρης δὲ τῆς τοῦ ὄρους* (i. e. Pelionis) *κορυφῆς σπηλαῖόν ἐστι καλούμενον Χειρώνιον, καὶ Διὸς ἀκραίου ἱερόν, ἐφ' ὃ κατὰ κυνὸς ἀνατολὴν κατὰ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες, ἐπιλεχθέντες ὑπὸ*[1] *τοῦ ἱερέως, ἐνεζωσμένοι κ ώ δ ι α τ ρ ί π ο κ α καινά· τοιοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸ ψῦχος εἶναι.*

Athenis in pompa *Σκιροφορίων δῖον κώδιον* portabatur[2], de quo ritu nihil nos scire valde dolendum est.

Hunc ritum cum caerimoniis mysteriorum Eleusiniorum

[1] *ὑπὸ* coni. Buttmann; mss. *ἐπὶ*.

[2] Cf. Suid. s. v. *Διὸς κώδιον* (supra p. 11).

coniungere vult Aug. Mommsen[1], quod falsum esse Pringsheim l. c. 27 adn. 1 recte disseruit. Verisimile enim est hac pompa *Σκιροφορίων* idem spectari atque illa pompa in Pelionem montem facta.

Eustathius Comment. ad Hom. Odyss. 1935, 8: *Καὶ οἱ τὸ διοπομπεῖν δὲ ἑρμηνεύοντές φασιν, ὅτι δῖον ἐκάλουν κῴδιον ἱερείου τυθέντος Διὶ Μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος μηνός, ὅτε ἤγετο τὰ πομπαῖα, καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο.*

Dicit quidem Eustathius fuisse hos ritus *καθαρμούς*; sed dubitare licet, num hoc verum sit. Equidem ad hanc sententiam animum inclinavi, ut existimem, eadem ratione has *ἀποδιοπομπήσεις* interpretandas esse ac pompas supra commemoratas. Non mirari possumus, quod Eustathius lustrationem fuisse hunc ritum putavit; neque enim ipse neque illi, quos exscripsit auctores, magiam imbris excitandi sciebant; quod apparet ex verbis Ps.-Dicaearchi, qui dicit hac de causa pelles induisse eos, qui in Pelionem montem ascenderint, quia summus mons fuerit locus frigidissimus.

In domo Romana, quae *Casino della Villa Borghese* nominatur, opus tessellatum praeceptores mei Kroll et Lud. Radermacher Viennensis invenerunt ad hanc rem referendum. Quorum virorum doctissimorum consilio parens instituto Germanico archaeologico[2] scripsi, a quo de hac effigie certior factus sum: ... *das Mosaik im Zimmer 9 des Casino Borghese, eine nicht sehr sorgfältige und unkünstlerische Arbeit . . . Das Fell ist dunkelbraun mit schwarzen Streifen, zottig (einzelne Strähnen gehen über die Randkonturen hinaus); vom Kopf ist nichts sichtbar; nach zwei allerdings kurzen Beinen mit je zwei Zehen und nach der Größe könnte es etwa ein Ziegenfell*[3] *sein, ohne daß*

[1] *Feste der Stadt Athen im Altertum*, Leipzig 1898, 509.

[2] Etiam hoc loco illis viris doctissimis, praesertim viro doctissimo Fimmenio, quippe qui hoc opus inquisiverit et descripserit, gratias ago quam maximas, quod me tam comiter adiuverunt.

[3] Capra et sus sunt apud Graecos imagines et signa imbris, cf. Gruppe *Griech. Myth.* 565 et § 267, 818 sqq. Imber evocabatur *durch Tötung des in dem Tiere lebend gedachten Regengeistes*, qui *durch das Ausströmen seines Blutes das Ausströmen der Wolke erzwingen sollte*, Gruppe 822; Th. Kock ad Arist. Ran. v. 847.

sich das mit Bestimmtheit sagen läßt. Drei Männer fassen es mit der Linken und erheben mit der Rechten einen dünnen, ungefähr unterarmlangen Stock, mit dem sie auf das Fell einschlagen wollen.[1] *Hinter dem mittleren steht höher im Hintergrund ein Krieger mit Schild und Lanze*[2] *den Dreien zusehend.*

Simile quid fictum esse existimo pictura vasis, quam depictam invenies in *Ann. dell'Inst.* XLII (1870), *tav. d'agg. R.* (Baumeister, I 247, fig. 226 s. v. *Ballonschlagen*). In muro pendet pellis suis[3], ante quam duo viri stant, quorum alter pellem pedibus ferit; alter rem, quae certe cognosci non potest (nescio an sit flagellum), manu tenet; etiam ille videtur icturus esse pellem. Apud Baumeisterum haec effigies falso explicatur; putat enim esse exercitationem pugilum. Sed quid sibi vult in hac exercitatione pellis suis et quid flagellum in manu alterius pugilis? Effartam esse pellem suis cognosci non potest et ex arbitrio dictum est.

[1] Verberando pellem caprae idem spectabatur atque agitando et quatiendo, de quo verba facit Gruppe l. c.; Lud. Radermacher benigne mihi scripsit haec (pro qua re magnas ei gratias habeo): *Mit dem Schlagen des Fells steht in Parallele Peitschen eines Bachs oder Sees:* von Andrian *Mitteilungen der anthropologischen Gesellschaft in Wien* 24. Bd. 1894. *Andererseits ist das Fell nicht der Regendämon (Bock), sondern nur sein Kleid; vgl. die Vorstellung, daß man einen Abwesenden prügelt, wenn man ein Kleidungsstück von ihm verhaut,* Weinhold *Zeitschrift des Vereins für Volkskunde* 1901, 15. *Dann Hesych: αἶγες· κύματα Δωγιεῖς, vgl. den Meergott Αἰγεύς, αἰγιαλός Strand.* Cf. K. Th. Preuß *Arch. f. Rel.-Wiss.* XIV (1911) 228 (agitur de ritibus Indianorum) *Unter den religiösen Zauberhandlungen ist z. B. die Beeinflussung des Wetters durch das Verbrennen des Felles von Tieren interessant, die das Wetter beherrschen*; v. ibid. 230.

[2] Qua re praeceptor meus Kroll, cuius instinctu hoc opusculum conscribendum suscepi, adductus est, ut crederet, hac figura declarari foedus fieri.

[3] Suem eandem vim habere ac capram iam supra 22 adn. 3 dixi. — Dionysum speciem habere capri legimus apud Ovidium Metam. V 329; cf. Anton. Lib. 28. Qua re factum est, ut daemon haberetur imbrem donans; cf. Gruppe 822. — Iuno *αἰγοφάγος* tractatur ab Samo Wide *Lakonische Kulte*, Lpz. 1893, 26 sq.; ibid. 27[2] haec afferuntur: *Wenn der mongolische Zauberer sein Ziegenfell schüttelt, so kommt der Regen bald. Die Osseten (im Kaukasus) errichten hohe Stangen mit schwarzen Ziegenfellen dem Elias, damit er den Regen abhalte. Die Longobarden opferten ihrem höchsten Gott einen Ziegenbock, dessen Fell auf die Regenwolken Beziehung hatte. Vgl.* Sepp *Die Religion der alten Deutschen* 78 ff.

Haud recte explicasse viros doctos existimo etiam illum morem, de quo certior nos fecit Lydus, De mensibus IV 49 (Wünsch 105, 15): *Εἰδοῖς Μαρτίαις ἑορτὴ Διὸς διὰ τὴν μεσομηνίαν καὶ εὐχαὶ δημόσιαι ὑπὲρ τοῦ ὑγιεινὸν γενέσθαι τὸν ἐνιαυτόν. ἱεράτευον δὲ καὶ ταῦρον ἑξέτη ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀγρῶν, ἡγουμένου τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν κανηφόρων τῆς Μητρός. ἦγετο δὲ καὶ ἄνθρωπος περιβεβλημένος δοραῖς αἰγείαις, καὶ τοῦτον ἔπαιον ῥάβδοις λεπταῖς ἐπιμήκεσι Μαμοῦριον αὐτὸν καλοῦντες.*

H. Usener *Mus. Rhen.* XXX (1875) 207 sqq. hunc ritum refert ad fabulam, quam Ovidius de Anna Perenna narravit fast. III 675 sqq.; reliquum fuisse dicit hunc ritum moris pervulgati vere ineunte mortem efferre (*Todaustragen*), *eigentlich aber das abgelaufene Jahr in Gestalt eines alten Weibes oder Mannes ins Wasser zu werfen oder zu zersägen, zu verbrennen oder unter Schlägen auszutreiben* (Usener l. c. 189 sq.). Samter, qui in novo libro suo, qui inscribitur *Geburt, Hochzeit und Tod* (Lpzg. et Berlin 1910) 103 de hac re disseruit, non eum interpretatus est. Fowler (*Roman festivals* 46 sqq.), cum nusquam nisi apud Lydum haec caerimonia legatur, dubitat, num vera sint Lydi verba. Sed non habemus, quod hunc morem verum non esse existimemus; atque nonnullis similibus ritibus praemissis facile nunc cognoscetur, quid hic mos sibi velit. Animum enim attendas ad haec: Vir pellibus caprarum superiniectus virgis caeditur Idibus Martiis, quo die, ut anno insequenti multum imbrem donet terrae, Iuppiter aditur. Omnia igitur quae in prioribus huius magiae exemplis magni momenti erant, pelles caprarum, vellera, etiam in hoc ritu repperimus. Accedit, quod auctor memoriae prodidit illum diem festum actum esse *ὑπὲρ τοῦ ὑγιεινὸν γενέσθαι τὸν ἐνιαυτόν*. Quibus de causis satis mihi constare videtur hoc ritu antiquos voluisse imbrem excitare.

CAPVT II

De lana ex priore vitae condicione superstite

In ritibus Graecorum et Romanorum religiosis lanea vestimenta, infulas, vittas pervulgatas videmus, quarum usus, quamvis sint maxime varii, ad eandem originem videntur revocandi esse. Iam saepius exemplis probatum est, ritus religionum vel omnino omnium rerum sollemnium et festarum eadem ratione et iisdem cum caerimoniis per longum tempus durare et conservari. Similis usus est nostra aetate, ut supra vidimus et saepius videbimus, in ecclesia catholica, in qua sacerdotes et ministri ecclesiae, cum rebus divinis fungantur, eundem vestitum habent iisdemque caerimoniis utuntur ac prioribus temporibus. Spectanti res divinas in ecclesia catholica multae caerimoniae ante oculos erunt, quas ex pervetusta antiquitate traditas esse haud difficile intellegitur [1].

Non aliter res se habet apud Graecos et Romanos. Sicut aqua, sal, ferrum, aliae res, quas natura gignit, ovium lana hominibus ex initio data erat atque utilissima erat et necessaria. Erant enim vestitus eorum, priusquam linteum, serica, alia cognovissent, non nisi lanei. Quae alia cum novissent, non fieri potuit secundum haec, quae supra dixi, quin in omnibus religiosis et sollemnibus ritibus vetus lanae vestitus conservaretur; timebant enim, ne novis rebus vel

[1] Caerimonias nonnullas ecclesiae christianae, quam originem habuerint, perscrutari in animo habeo tractatumque de hac re brevi me scripturum esse spero.

immutatis caerimoniis, quas, nisi accuratissime fierent, inutiles quin etiam noxias esse antiqui putabant, diis et daemonibus displicerent. Quod dilucide apparet ex Servii ad Verg. Aen. XII 120 nota, ubi dictum invenimus, Romanos existimasse, piaculum aliquando iuisse, quod flaminicae tunica linteis filis consuta fuisset, non laneis.

Lanae usum multo magis pervulgatum fuisse, quam nobis traditum est, existimo; neque enim dubito, quin scriptores saepissime hac de causa notare praetermiserint, aliquid ex lana factum fuisse, quia apertum erat et minime dubium.

Ex iis, quae brevi exposui, facile cognoscitur, lanam, cum esset ex primordio homini summa utilitate, venerabilem et sanctam ab hominibus existimatam esse et hac de causa inter primitias (quibus apud Graecos nomen est *ἀπαρχαί*) fuisse diis gratissimas et maxime iucundas.

Lana cum esset res sanctissima, fieri non potuit, quin hac auctoritate inversa (cuius rei nomen et proprium vocabulum est apud nos *Analogiezauber*) adhiberetur ad alias res sanctas faciendas i. e. consecrandas.

Quae cum ita essent, fieri non potuit, quin ex lana facta vestimenta et laneae vittae fierent communia insignia honoris et dignitatis

Capite igitur insequenti primum agam de lana, quae est loco *ἀπαρχῆς*, deinde de lanae in vestitu usu; atque videbimus hunc vestitum fuisse primum sanctum, deinde habuisse vim consecrantem, tum insigne factum esse honorum et decorum.

Nonnullis locis scriptum videmus lanam diis sacrificari[1]; sic apud Pausaniam VIII 42, 11: *Ταύτης μάλιστα ἐγὼ τῆς Δήμητρος ἕνεκα ἐς Φιγαλίαν ἀφικόμην· καὶ ἔθυσα τῇ θεῷ, καθὰ καὶ οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσιν, οὐδέν, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν δένδρων τῶν ἡμέρων τά τε ἄλλα καὶ ἀμπέλου καρπὸν καὶ μελισσῶν τε κηρία καὶ ἐρίων τὰ μὴ ἐς ἐργασίαν πω ἥκοντα, ἀλλὰ ἔτι ἀνάπλεα τοῦ οἰσύπου,* [ἃ][2]*, τιθέασιν ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν*

[1] Cf. Stengel *Opferbräuche der Griechen* (*Lpzg.* 1910) 46[4] et P.-W. I 2660 s. v. *Ἀπαρχαί*: *Die Erstlingsgabe, die Weihegabe, die vom Opfer für die Gottheit abgesondert wird, ehe der Mensch sich anschickt, davon zu essen.* Harrison l. c. 61; Cicero de or. III 110; Ilias *Γ* 271; Eust. ad Il. *E* 273 et *I* 534. [2] *ἃ* uncis saepserunt Schubart et Walz

ᾠκοδομημένον πρὸ τοῦ σπηλαίου, θέντες τε καταχέουσιν αὐτῶν ἔλαιον. ταῦτα ἰδιώταις τε ἀνδράσι καὶ ἀνὰ πᾶν ἔτος Φιγαλέων τῷ κοινῷ καθέστηκεν ἐς τὴν θυσίαν.

Porphyr., De abstin. II 19: *Οἱ δὲ τὰ περὶ τῶν ἱερουργιῶν γεγραφότες καὶ θυσιῶν τὴν περὶ τὰ πόπανα ἀκρίβειαν φυλάττειν παραγγέλλουσιν, ὡς ἀρεστὴν τοῖς θεοῖς ταύτην ἢ τὴν διὰ τῶν ζῴων θυσίαν. Καὶ Σοφοκλῆς διαγράφων τὴν θεοφιλῆ θυσίαν φησὶν ἐν τῷ Πολυΐδῳ* (Trag. Graec. Fragm. ed. Nauck [2] n. 366):

ἦν μὲν γὰρ οἷὸς μαλλός, ἦν δ' ἀμπέλου
σπονδή τε καὶ ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη.

Polemo in libro, quem iam supra 11 adnot. 1 commemoravimus, qui erat de *Διὸς κῳδίῳ*, haec scripsit; cf. Athenaeum XI 478c: *Τοῦτο* (sc. *τὸ κέρνος*) *δ' ἐστὶν ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἔχον ἐν αὐτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους· ἔνεισι δ' αὐτοῖς ὅρμιμοι, μήκωνες λευκοί, πυροί, κριθαί, πισοί, λάθυροι, ὦχροι, φακοί, κύαμοι, ζειαί, βρόμος,, παλάθιον, μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, ὄιον ἔριον ἄπλυτον. ὁ δὲ τοῦτο βαστάσας οἷον λικνοφορήσας τούτων γεύεται* [1].

Idem significare existimo infulam, quam in fiscina sacrificali inter alia fuisse nobis traditum est. Aristoph. Pax 948:

Τὸ κανοῦν πάρεστ' ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ μάχαιραν [2],

Huic fiscinae similis est *κάλαθος* [3]; infulam in eo iacentem invenimus in effigie depicta apud Furtwaenglerum *Berl. Vasenkatal.* 3171.

Stemmatis sacrificii ut in fiscina sic alibi scriptores saepius memoriam faciunt; pro certo quidem ubique affirmari non potest, utrum *στέμμα, ταινία, στέφος* id sit, quod sacrificetur, an adhibeatur consecrandi causa.

---

[1] Cf. Rubensohn *Athen. Mitteil.* 1898, 279.

[2] Cf. L. Adamek *Unsignierte Vasen des Amasis, Prager Studien aus dem Gebiete der klassischen Altertumswissenschaft, Prag* 1895, 33 fig. 8; Baumeister I 210 fig. 164; Mus. Borb. IV tab. 20. Lanae et infularum usum sacrificalem homines posteris temporibus non iam perspexisse docet schol. ad hunc Aristophanis locum (Dübner 200): *Ὅτι ἐκέκρυπτο ἐν τῷ κανῷ ἡ μάχαιρα ταῖς ὁλαῖς καὶ τοῖς στέμμασι. . . . εἰώθασι γὰρ ἐπὶ τὸ κανοῦν τὴν μάχαιραν φέρειν κατακρύπτοντες αὐτὴν ταῖς ὁλαῖς καὶ τοῖς στέμμασιν.*

[3] Cf. J. H. Holwerda *Die attischen Gräber der Blütezeit*, Leiden 1899, 108 sq.

Soph. Oed. R. 911 sqq. (Iocaste ex domo venit, ut sacra faciat):

Χώρας ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη
ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, τάδ' ἐν χεροῖν
στέφη λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα.

Herod. I 132: *Θυσίῃ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι περὶ τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἥδε κατέστηκε· οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι μέλλοντες θύειν, οὐ σπονδῇ χρέωνται, οὐκὶ αὐλῷ, οὐ στέμμασι, οὐκὶ οὐλῇσι.*

Aristoph. Aves 893 cum scholiis: *Ἀπέλθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ στέμματα.*

Theophr. Char. X 13: *Μικρολογίας. . . . καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας μήτε ὀρίγανον μήτε ὀλὰς μήτε στέμματα μήτε θυηλήματα.*

Herondas VIII 11 sqq.:

Ἀλλὰ μὴν στέμμ(α
ἐπ' ἱρὰ διζόμε(σ)θα· βα(ιὸ)ς οὐχ ἡμῖν
ἐν τῇ οἰκίῃ ἔτι μα(λ)λὸς εἰρίων·

Inscriptio Coa[1] v. 30 sqq.: *Ἔπειτα ἄγοντι τὸ[μ βο]ῦν καὶ τὸγ καντὸν καὶ [φ]θόϊας ἑπτὰ καὶ μέλι καὶ στέμμα*, v. 35 sqq.: *ἐπεὶ δέ κα καρπω[θῆι ν](α)π[οιὸς]? ἐπισπενδέτω μελίκ[ρατον, κᾶρυξ δ]ὲ καρυσσέτω ἑορτάζ[εν Ζηνὸς Π]ο[λιῆ]ο[ς] ἐνιαύτια ὡραῖα ἑο[ρτᾶι, ἱερεὺς] δὲ τοῖς ἐντέροις ἐπιθυέ[τω θ](ύ)η καὶ [τοὺς] φθόϊας καὶ σπονδὰ[ν ἄοινο](ν) καὶ κεκραμέναν καὶ στέ[μμα . . .*

Dies festus, de quo agitur his versibus, fuit Iovis *Πολιέως* in Co insula celebratus, quem ad mensem Batromium (id est Maemacteriona) pertinere Athenaeus 360 b docet. Describitur autem in prima fragmenti parte, quomodo feriae praeparentur. In vers. 30—38 enumerantur, quae munera in pompa gerebantur more usitato.

Infulam saepius invenimus imitando effictam auream vel argenteam, signum videlicet infulae laneae. Dittenberger Syll.[2] n. 588 (Tabula inventa Deli), v. 29: *Ταινία περιηργυρομένη, Ἀρχεστράτου ἀνάθεμα.* v. 33: *Ταινία χρυσῆ, ἐφ' ἧς ἐπιγραφή.* v. 203: *Ὅρμος χρυσοῦς ἐπὶ ταινιδίου, ἄστατος.*

[1] Hicks *Journal of hellenic studies* IX (1888) 323 sqq.; Paton et Hicks *The inscriptions of Cos*, Oxford 1891, no. 37—40. Fasti sacri edidit J. de Prott (Lipsiae 1896), secundum quem ego hos versus attuli. Dittenberger Syll. II[2] 616, qui v. 35 *να]π[οίας]* et *ἑορτάν* scripsit.

De singulari ritu sacrificali memoriae tradidit Ioh. Lydus, de mens. IV 65: *Ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ πρόβατον κῳδίῳ ἐσκεπασμένον συνέθυον τῇ Ἀφροδίτῃ — ὁ δὲ τρόπος τῆς ἱερατείας ἐν τῇ Κύπρῳ ἀπὸ τῆς Κορίνθου ἦλθέ ποτε*[1].

De alio usu sacrificali nobis ignoto (nescimus, num lana fuerit id quod sacrificabatur, num adhibita sit in sacris ad consecrationem vel tale quid) scriptum est in Etym. Magn. s. v. *ἡμεροκαλλές· οὐκ ἔστιν ἄνθος, ἀλλὰ φοινικοῦν ἔριον διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας Ἀθηναῖοι.*

Hesych: s. v. *ἡμεροκαλλές· . . . οἱ δὲ ἐρίου βάμμα φοινικοῦν.*

Iam antiquissimis temporibus moris fuisse, ut lana sacrificaretur, docet cultus baetyliorum[2].

Pausanias de Iovis lapide Delphico haec tradidit X 24, 6: *Ἐπαναβάντι δὲ ἀπὸ τοῦ μνήματος λίθος ἐστὶν οὐ μέγας· τούτου καὶ ἔλαιον ὁσημέραι καταχέουσι καὶ κατὰ ἑορτὴν ἑκάστην ἔρια*

[1] De his verbis v. Nilsson *Griech. Feste* 368; Robertson Smith l. c. 337 sqq. corr. *ἐσκεπασμένοι. Dann würde die Stelle zu seiner Theorie über das Opfer stimmen. Das Tier, das die Schafgöttin verkörpert, wird geopfert, um eine mystische Vereinigung zwischen ihr und ihren Verehrern zu bewerkstelligen, und zu demselben Zwecke hüllen sich die Opfernden in in das Fell des Tieres*, Nilsson l. c.; Journ. hell. stud. XIV (1894) 106 note 145; Wünsch *Frühlingsfest der Insel Malta* 26[1] wrr.: *Προβάτου κῳδίῳ ἐσκεπασμένον σῦν ἔθυον.* Haec verba usque adhuc recte explanata esse mihi non videntur.

[2] Idem significant verba *abaddir*, *Ἀργοὶ λίθοι*. Verbum *βαίτυλος* in Etym. Magn. s. v. explicatur hac fabula: *Βαίτυλος δὲ ἐκλήθη καὶ ὁ λίθος, ὃν ἀντὶ Διὸς ὁ Κρόνος κατέπιεν· εἴρηται δέ, ὅτι ἡ Ῥέα βαίτῃ αἰγὸς σπαργανώσασα τῷ Κρόνῳ δέδωκε· βαίτη δὲ σημαίνει τὴν διφθέραν.* Multi viri docti de hac re scripserunt, quorum hos affero: Moore *Americ. Journ. of Arch.* VII (1900) 198 probavit esse verbum *βαίτυλος* semiticum *bēth-ēl* h. e. domus dei; cf. Genesin I 28, 19; *abaddir* quoque verbum semiticum esse idem putat. Cf. Tümpel apud P.-W. I 10 sq. s. v. *Abaddir* et II 2779 sqq. s. v. *Baitylia*; Schreiber apud Roscherum I 746 sq. s. v. *Baitylos*; M. Mayer, ibid. II 1452 sqq. et 1522; Furtwängler, ibid. I 1339 sqq. s. v. *Eros*; De Visser, De Graecorum diis non referentibus speciem humanam 62; Meltzer, Philol. LXIII (1904) 195; Frazer, Paus. Descript. V 318; Gruppe *Griech. Mythol.* III 774 sqq.; Karo *Arch. f. Rel.-Wiss.* 1904, 115 sqq.; Harrison Delphica, *Journ. of hell. stud.* 1899, 206; Daremberg-Saglio s. v. *Baetylia* et *Omphalos*; Hock l. c. 34 sqq.; Overbeck *Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss.* 1864, 157; Schoemann ad Hes. Theog. 197; Aug. Mommsen, Delphica 29; H. N. Ulrichs *Reisen und Forschungen in Griechenland*, Berl. I 1840, 105.

ἐπιτιθέασι τὰ ἀργά· ἔστι δὲ καὶ δόξα ἐς αὐτόν, δοθῆναι Κρόνῳ τὸν λίθον ἀντὶ τοῦ παιδός, καὶ ὡς αὖθις ἤμεσεν αὐτὸν ὁ Κρόνος.

Verisimile est non solum lanam sed etiam taenias laneas his lapidibus sacrificatas esse; id ex narratione quadam, qua agitur de origine huius lapidis, videtur elucere. Fama enim erat, Rheam lapidem, ut Saturnum falleret, *σπαργάνοις* involvisse. Narratione enim ista non comprobari poterat lanarum incultarum et rudium in his lapidibus ritum; taeniarum autem usus satis hac fabula aetiologica explicabatur. Paus. VIII 8, 2: *Λίθον ἔδωκεν κατειλημένον σπαργάνοις*; id. IX 2, 7: *Πέτρον κατειλημένον σπαργάνοις*; Hesiod. Theog. 485: *Τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν*; cf. Baumeister II 797, fig. 862: Incunabula circum lapidem voluta similia sunt infularum.

Baetyliorum magnus numerus fuit; permulta Iovis *Κασίου* vel Appollinis *Ἀγυιέως* sacra erant. Griech. Mythol. ed. L. Preller; I: *Theogonie und Götter* ed. Carl Robert, Berlin, 1894, 276; Gruppe, *Griech. Myth.* 774[4], 939[8], 1232, 1451[6].

Frazer (Paus. V 355) huius ritus similem caerimoniam, quae fit in insulis, qui nunc *Samoaren* et *Bowditsch* nominantur, descripsit. De cultu lapidis Iovis supra commemorati dixit haec: *The original intention of the wrapping was probably to keep the divine stone warm*, vim et significationem lanae sacralem plane ignorans.

Non multum ab his baetyliis differt lapis ille, qui vocabatur *ὀμφαλός*, quique ob eam causam fortasse clarissimus factus est, quia Delphis, clarissimo illo loco, situs erat et cum cultu Apollinis, dei Delphici, iungebatur. Item atque alia baetylia infulis circumdatus erat; cf. Eurip. Ion 223 sqq.:

Χο. ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος;
Ιω. στέμμασι γ' ἐνδυτόν, . .

Strabo IX 3, 6: *δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλὸς ἐν τῷ ναῷ τεταινιωμένος.*

Aristoph. Plut. 39: *Τί δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων*[1]*;*

[1] Recte mihi videtur Hock l. c. 36[3] dixisse haec verba non ad Pythiae

Omphalus ubique nequaquam uno atque eodem modo effictus est; nonnulli (cf. Heydemann *Katal.* n. 1984; Raoul-Rochette *Mon. inéd.* tab. 37; *Archaeol. Zeitg.* 1860, tab. 138, 1; *Bullet. de corresp. hell.* 1900, 259) ostendunt infulas enodes, sed plurimi infulas nodosas. Hock l. c. 36 sqq. multa exempla utriusque generis infularum de omphalo haerentium affert (cf. Baumeister II fig. 1307; Müller-Wieseler *Denkmäler der alten Kunst, Göttingen* 1856, XII 136; Harrison l. c. 228 sqq. fig. 48—51, 91, 122). Floccos laneos videmus apud Raoul-Rochettium *Mon. inéd.* tab. XXXV = Gerhard *Apul. Vas. B*, tab. A, 6. Müller-Wieseler l. c. fig. 137 praeter ceteras imagines memorabilis et singularis est: Apollo sedet et in tripode et in omphalo, in quo magna arietis pellis videtur passa esse. Inde apparet, arietis pellem et floccos laneos et infulas idem valere eandemque vim habere. Hac igitur re probatur id, quod supra p. 6 in tractatu de Iovis pelle dixi, ubi ad eandem sententiam pervenimus.

Varronis (l. l. VII 17: *Ὀμφαλόν, quem Pythonis agunt tumulum*) et Hesychii (s. v. *Τοξίου βουνός . . . καὶ ὁ ὀμφαλὸς τῆς γῆς τάφος ἐστὶ τοῦ Πύθωνος*) auctoritate adducti nonnulli putabant fuisse omphalum *im Ursprunge nichts anderes als ein Grabtumulus. . . . Im Grunde genommen ist dieser Tänienschmuck nichts anderes als die Binde, die man in Attica (wohl auch in anderen Gegenden) auf den τύμβος zu legen pflegte* (Hock l. c.). Hunc virum doctissimum et alios, quorum in hac re sententiae magnopere inter se differunt, sequi non possum, quippe cum negari non possit omphalum ceteris baetyliis propinquum fuisse et simillimum. Sunt enim et hi et ille *λίθοι ἔμψυχοι* (Philo Byblius apud Euseb. praep. evang. I 10, 19), quos antiquissimi homines colebant ut deos, quibusque sacra faciebant[1].

Cum omphalo hae infulae per totum annum impositae essent (Hock l. c.) (fortasse, quia rotundus erat — sic enim

---

vittam, ut dicit scholion: *Ἀπὸ τῶν στεμμάτων τῆς προφήτιδος*, sed ad infulas in omphalo iacentes referenda esse.

[1] V. Usenerum (*Rh.-M.* L (1895) 147), qui docet, (*daß*): *Noch im zehnten Jahrhundert ein heiliger Stein auf der Höhe des Latmos-Gebirges Verehrung genoß. Man veranstaltete Wallfahrten zu dem Stein, um Regen zu erflehen.*

plerumque fictus est — et infulae humi casurae videbantur) paulatim factum est, ut illae inter se iungerentur et reticulum ex infulis fieret. Hoc modo quod vocatur *ἀγρηνόν* ortum est[1]. Ergo id tegumentum omphali neque singularem neque propriam vim habebat[2].

Ut omphalus, sic tripus quoque sacer Apollinis infulis exornatus erat; quod saepius invenies in nummis Crotonis oppidi; cf. Head *Guide to the coins* tab. 15 no. 10; tab. 25 no. 19; *Brit. Mus. Catal. of coins, Lycia* tab. I 8; *Mon. inéd.* I, 34 (infulae sunt nodosae et colore rubro et albo; cf. supra 7[2]); Baumeister I fig. 110; 458; 462; II 1123. Tales[3] infulas tripodi annexas eandem vim habere et eodum modo explicari puto atque infulas baetyliorum, per usum dico sacrificii antiquissimi.

Huius rei simile quid est columna Apollinis *Ἀγυιέως*, in qua infula saepissime invenitur; v. Overbeck, K.-M. V tab. num. I 1—3; ibid. I 7; *catal. Brit. Mus., Thess.* XXXI 13; 79, 1—4; Boetticher Baumkultus fig. 53c, 53e; Preller I 276; Dar.-Sagl. fig. 135 et 237.

Clemens Alexandrinus Strom. I 25, § 164 de columna Iunonis Argivae lignea vel lapidea memoriae prodidit, quam Callithoë *στέμμασι καὶ ϑυσάνοισι* ornasset, v. Ch. Waldstein *The Argive Heraeum* I 43 fig. 1.

---

[1] Idem fere videtur Hock l. c. 42 intellexisse.

[2] Illud *ἀγρηνόν*, quod initio lapidem dei vaticinantis circumdabat, factum deinde est vestis vatium. Pollux IV 116: *Ἀγρηνόν . . . τὸ δ' ἦν πλέγμα ἐξ ἐρίων δικτυῶδες περὶ πᾶν τὸ σῶμα, ὃ Τειρεσίας ἐπεβάλλετο ἢ τις ἄλλος μάντις.* Hesychius (s. v. *ἀγρηνόν· δικτυοειδές, ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ. Ἐρατοσθένης δὲ αὐτὸ καλεῖ γρῆνυν ἢ γρῆνον. καὶ ἔνδυμα*) dixit, fuisse *ἀγρηνόν* bacchantium quoque vestitum. Quomodo factum sit, ut *ἀγρηνόν* vestis eorum fieret, qui Bacchum celebrabant, dicere non possum. Haud scio, an hoc loco agatur de re aliqua a lexicographis non recte intellecta; quin etiam verisimilis mihi est haec opinatio, quod Eratosthenem attulerunt tam mirum in modum. Apud Darembergium et Saglionem (I s. v. Agrenon, fig. 188) fragmentum statuae depictum est indutae agreno, quam Gerhard (*Antike Bildw.* 84, 3) Apollinis, Saglio Bacchi sacerdotis statuam fuisse existimat; cf. *Bull. corr. hell.* 1900, 258.

[3] Hae infulae ab iis differunt, quas in tripodibus fuisse videbimus, qui praemia erant certaminum; infra de hac re verba faciam.

Respiciendus est praeterea titulus Milesius, quem edidit U. de Wilamowitz-Moellendorff, *Sitzungsber. der Berl. Acad. der Wiss.* 1903, 619—640, in quo haec scripta sunt, v. 25: *Καὶ γυλλοὶ φέρονται δύο, καὶ τίθεται παρ' Ἑκάτην τὴν πρόσθεν πυλέων ἑστεμμένος καὶ ἀκρήτῳ κατασπένδετε, ὁ δ' ἕτερος ἐς Δίδυμα ἐπὶ θύρας τίθεται. Kleine säulen- oder pfeilerartige Idole* τοὺς γυλλούς fuisse Hock l. c. 46 recte mihi dixisse videtur; ἑστεμμένος autem est *στέμμασι* instructus; quae stemmata sacrificabantur in hoc *γυλλῷ* Apollini Agyieo [1].

In templo Leucipporum colebatur ovum quoddam, de quo dicit Paus. III 16, 2: *Ἐνταῦθα ἀπήρτηται ᾠὸν τοῦ ὀρόφου κατειλημένον ταινίαις· εἶναι δέ φασιν ᾠὸν ἐκεῖνο, ὃ τεκεῖν Λήδαν ἔχει λόγος* [2].

Similes sunt infulae, quas commemoravit Pausanias VIII 31, 5: *Ταινίαι δὲ ἐπέχουσι διὰ παντὸς τὸ βάθρον.* Non ipsa statua, sed *τὸ βάθρον* circumdatum est infulis [3]. Eadem ratione

---

[1] Huius enim dei *τοὺς γυλλούς* fuisse ostendit Hock l. c.

[2] Cf. Furtwängler *Sammlung Sabouroff*, ad tab. LXXI 2, p. 11; Nilsson *Arch. f. Rel.-Wiss.* XI (1908) 530sqq.; effigies, quibus hoc ovum depictum est, multas enotavit Hock 44 [1].

[3] Ad haec Pausaniae verba nonnulla addam. Ut hic infulae circa basin statuae iacent, quas sacrificatas fuisse supra 26sqq. dixi, sic aliis locis huius rei simile quid traditum est, quod discrepantem ab hac re significationem habuisse plurimi dicunt, nonnulli vero idem esse putant. Sed ipsa verba afferam. Macrob. Sat. I 8, 5: *Cur autem Saturnus ipse in compedibus visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit; verum mihi Apollodori lectio sic suggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, et solvi ad diem sibi festum, id est mense hoc Decembri: atque inde proverbium ductum, deos laneos pedes habere.* Petron. 44: *Itaque dii pedes lanatos habent, quia nos religiosi non sumus.* Porphyrionis Schol. ad Hor. carm. III 2, 31 (Holder): *Hoc proximum est illi, quod dicitur, deos iratos pedes lanatos habere, quia nonnumquam tarde veniunt nocentibus.* Quae verba quid sibi velint, plane perspicuum non est. Lobeck quidem (Agl. 275) existimat male hunc ritum interpretatos esse antiquos scriptores; neque enim aliam has infulas auctoritatem habuisse atque illas, quae, ut supra cognovimus, in sacri loco essent. Friedländer quoque (Petronii cena Trimalchionis [2], Lpzg. 1906, adn. ad cap. 44, p. 261) videtur negare ritum fuisse hunc devinciendi, id quod plurimi putant. Quod ad diem festum infulae statuae Saturni auferuntur, novae deponuntur, mirum non est, quippe cum idem in usu lanae sacrificali viderimus; cf. Paus. VIII 42, 11 (supra 26sq.) et X 24, 6 (supra 29sq.).

existimo explicandum esse ritum, de quo idem nobis tradidit X 35, 10: *Δήμητρος δὲ ἐπίκλησιν Στιρίθιδος ἱερόν ἐστιν ἐν Στίρι· . . . παρὰ δὲ αὐτῇ κατειλημένον ταινίαις ἄγαλμα ἀρχαῖον εἴ τι ἄλλο, ὁπόσα Δήμητρι ἐς τιμήν.*

In ritibus Romanorum lanam sacrificatam esse non traditum est. Tamen simile quid etiam apud eos fuisse concluserunt viri docti[1] in ritu Compitaliorum, qui dies festus celebrabatur in compitis, in quibus laneae effigies suspendebantur. Festus 121, 17: *Laneae effigies Compitalibus noctu dabantur in compita.* Paul. Diac. 239, 1: *Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana Conpitalibus suspendebantur in conpitis, quod hunc diem festum esse deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent, quibus tot pilae, quot capita servorum, tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent et essent his pilis et simulacris contenti.* Varro apud Nonium 538 (ed. L. Müller, Lipsiae 1888, II 202): *Suspendit Laribus manias*[2], *mollis pilas, reticula ac strofia.*

Hac de causa effigies ex lana factae sunt, quod hic ritus pervetustus erat et ex temporibus traditus, quibus non nisi lanea vestimenta homines noverant; accedit, quod hoc modo facile et sine magno labore tales effigies construere poterat.

Quoniam lanam, cum esset homini ex initio maxima utilitate, in primitiis fuisse diis iucundissimis satis demonstrasse mihi videor, persequar nunc alios ritus enumerare et explicare,

---

Accedit, quod scriptores semper hoc premunt, deos laneos pedes habere, non id, quod vinculo devincti sunt. Maioris igitur momenti est iis, quod lana, minoris, quod vinculum adhibitum est. Cf. Marquardt-Wissowa *Römische Staatsverwaltung* 252[2]. Cf. Plut. Alex. XXIV; Stat. silv. I 6, 4; Lucian. Cronosol. 10; Saturnal. 7; de saltat. 37; Arnob. adv. nat. IV 24; Zenob. III 7; Wissowa *Rel. d. Röm.* 170; Rohde *Psyche* 178.

[1] Scripserunt inter alios de hac re: Ernst Samter *Familienfeste* 111 sq.; idem *Arch. f. Rel.-Wiss.* X (1907) 368 sqq.; Wissowa PW IV 1791 sqq.; idem *Arch. f. Rel.-Wiss.* VII (1904) 42; Nilsson l. c. 232; W. F. Otto *Mania und Lares, Arch. f. lat. Lexicogr.* XV (1908) 113 sqq.; R. Wünsch *Eine antike Rachepuppe, Philol.* LXI (1902) 26 sqq.; Globus LXXIX (1901) 109 sqq.

[2] *marinas* codices, *manias* Meursius.

in quibus lana eandem ob causam adhibebatur. Vidimus enim iam supra p. 25 sq., in omnibus religiosis et festis ritibus homines hac de causa laneis vestimentis usos esse, quia verebantur, ne caerimoniis commutatis incurrerent in offensionem daemonum. Lana igitur sancta et religiosa habebatur, quo fit, ut eam inveniamus in vestimentis eorum, qui officio et munere religioso vel sollemni fungerentur. Hac ratione lana adhibebatur et apud Graecos et apud Romanos.

Graecorum sacerdotes vittam gerebant. Hierophantis in ornatu eam fuisse docet Epictetus III 21, 16: *Οὐκ ἐσθῆτα ἔχεις, ἣν δεῖ τὸν ἱεροφάντην, οὐ κόμην, οὐ στρόφιον, οἷον δεῖ·* Ephem. archaiol. 1883, 113, 16 sqq.: *. . . ὃς πίστιν τῇ πό(λ)ει ἐς τὰ νῦν δι' ὧν κατέλιπεν φυλάσσει, ἱεροφαντοῦντα ἐπὶ γέ[ν]ους λαμπρότητι καὶ φιλοτιμίαις πάσαις εὐχαριστήσαντα τῇ πόλι, τὸ στρόφιον παρὰ τῷ αὐτοκράτωρι Θεῷ Ἀντωνείνῳ λαβόντα . . .*

Daduchus[1] quoque vittam habet; cf. Plut. Arist. V 4: *. . . Καλλίας ὁ δᾳδοῦχος. Τούτῳ γάρ τις, ὡς ἔοικε, τῶν βαρβάρων προσέπεσεν οἰηθεὶς βασιλέα διὰ τὴν κόμην καὶ τὸ στρόφιον εἶναι.* Cf. Aug. Mommsen *Heortologie* 234; Töpffer *Attische Genealogie* 64 sq.

Theo Smyrnaeus Mathematicus singulos gradus consecrationis mysticae enumerat 14, 18 sqq. (Hiller). Sunt enim hi: primus *κάθαρσις;* secundus *τῆς τηλετῆς παράδοσις;* tertius *ἐποπτεία;* quartus *ὃ δὴ καὶ τέλος τῆς ἐποπτείας, ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις . . . δᾳδουχίας τυχόντα ἢ ἱεροφαντίας ἤ τινος ἄλλης ἱεροσύνης;* quintus *εὐδαιμονία.* Cf. Lobeck, Agl. 93 sqq.; qua de re Harrison l. c. 593 recte dixit: *We know that the putting on of garlands or στέμματα was the final stage of initiation for Hierophants and other priests, a stage that was as it were Consecration and Ordination in one; but the putting on of garlands is not the entering of a garlanded enclosure, and it is the entering of an enclosure that the 'eager feet' seem to imply.*

Apud Baumeisterum II fig. 867 archigallus depictus est, summus sacerdos Cybelae; cum corona eius conexae sunt *die gegliederten Wollbinden, die paarweise unter dem Schleier hinter jedem Ohre auf Brust und Leib hinabfallen.* Fig. 868

[1] De Hierophantis et Daduchi ornatu cf. Pringsheim l. c. 1 sqq.

imago est mulieris, quae praeter velum vittis singularibus vestita est; haec quoque sacerdos est Cybelae.

Sacerdoti Iovis, qui erat Pergami, praescriptum erat hoc: *Ὁ δ' ἀεὶ λαχὼν φορείτω χλαμύδα λευκὴν καὶ στέφανον ἐλάας μετὰ ταινιδίου φοινικοῦ* (Dittenberger Sylloge[2] no. 604 = Fränkel no. 40).

Mulieres sacra facientes, quae depictae sunt in stamno Attico (*Journ. of hell. stud.* 1904 tab. 9) ornatae sunt coronis frondeis, quae coniunctae sunt cum vittis.

Alia quoque forma quam vittae lana est in vestitu eorum, qui sanctos et castos se putabant; Bekker, Anecd. Gr. 273 s. v. *κροκοῦν*[1]: *Οἱ μύσται κρόκῃ καταδοῦνται τῆν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα, καὶ τοῦτο λέγεται κροκοῦν.* Photius s. v. *κροκοῦν* (Naber 353): *Οἱ μύσται ὥς φασι τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται· καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν.* Samothracae quoque mystas ramis oleae et infulis rubris se coronasse et coxas taeniis cinxisse traditur (Hock l. c. 124)[2].

Id quoque ad hanc rem referendum esse puto, quod in inscriptione Andaniensi p. 271 § 3 scriptum videmus. Apud Graecos saepius invenimus *τὸν πῖλον*, id est tegumentum capitis ex lana coacta factum; hic quidem nequaquam rarus erat (cf. Hes. Op. 548); at sacerdotibus Andaniensibus *πῖλος* singularis modi (erat enim albus) praescriptus erat, qua re apparet singularem eum hoc loco auctoritatem habere; haud scio, an fuerit signum sanctitatis. Verba autem sunt haec[3]: *Στεφάνων· Στεφάνους*[4] *δὲ ἐχόντω οἱ μὲν ἱεροὶ καὶ αἱ ἱεραὶ*

---

[1] Magna in hac et similibus rebus vis est lanei fili, quippe cum in alligando et annectendo adhibeatur; cf. infra 40[2]. Hock l. c. 124 recte haec fila appellat *Zeichen des reinen und heiligen Leibes.*

[2] R. Wünsch *Röm. Mitt.* XV (1900) 214 sqq. repetivit et explicavit statuam iuvenis vitta magna ornati, de cuius sinistra ulna infula longa dependet.

[3] Publicata est inscriptio Andaniana ab Hermanno Sauppe *Abh. d. K. Ges. d. Wiss. z. Göttingen* VII (1859) 217—274 = *Ausgewählte Schriften*, Berlin 1896, 261 sqq. (quem librum ego sequor); Dittenberger, Syll. n. 388; p. 567 sqq.

[4] Ad hoc Sauppe adnotat: *στέφανος wird hier auffallend in weitem Sinne für das, was den Kopf umgibt, auf den Haaren ruht, gebraucht (vgl. den στέφανος der Hera zu Argos, Paus. II 17, 4) und πῖλος ebenso*

πῖλον λευκόν, τῶν δὲ τελουμένων οἱ πρωτομύσται στλεγγίδα. ὅταν δὲ οἱ ἱεροὶ παραγγείλωντι, τὰμ μὲν στλεγγίδα ἀποθέσθωσαν, στεφανούσθωσαν δὲ πάντες δάφνᾳ.

Soleae quoque ex coacta lana vel pellibus factae ibidem praescribuntur. Ritualem igitur significationem etiam hae soleae habuisse videntur. Idem significare et pelles et lanam etiam hic cognoscimus; ibid. 272: *Μὴ ἐχέτω δὲ μηδεμία . . . μηδὲ ὑποδήματα εἰ μὴ πίλινα ἢ δερμάτινα ἱερόδυτα.*

Multo latius patet lanae in vestitu usus apud Romanos quam apud Graecos. Apud eos quoque laneus erat vestitus sacra facientium, imprimis sacerdotum.

Flamen Dialis, qui summus erat Romanorum sacerdos [1], numquam sub divo pilleum deponebat, in cuius acumine floccus lanae affixus erat. De pilleo disseruerunt diligentissime Wolfg. Helbig *Über den Pileus der alten Italiker* (*Sitz.-Ber. d. K. Bayr. Acad. d. Wiss. zu München, philos.-philol. u. hist. Kl.* 1880, 487 sqq.) et Alb. Dieterich, Pulcinella 156 sqq., qui de pilleo scripsit ut ornatu dementium (cf. Plut. Sol. VIII; Demosth. *περὶ παραπρεσβείας* 255 et schol.; Suet. Nero cap. 57; *Arch. f. Rel.-Wiss.* 1908, 407 sqq.) [2].

Helbig profectus ab imaginibus in cameris sepulcralibus Tarquiniensibus repertis probavit pilleum fuisse pervetustum capitis tegumentum iam ab Etruscis antiquissimis gestum; vittam quoque vel floccum lanae in summo pilleo iam apud eos inveniri. Nonnullae figurae harum picturarum *tragen auf dem Kopfe eine hohe, steife, spitze Mütze aus braunem Stoff, auf der sich in verticaler Richtung ein nach oben zu schmaler werdender weißer Streifen hinzieht. An der Vorderseite der Mütze ist unmittelbar über der Stirn eine Art von Diadem angebracht, deren Zeichnung und Färbung — weiß mit leichtgeschwungenen, schwärzlichen Linien — eher auf einen gestreiften Wollen- oder Leinen-*

eigentümlich, fast in dem Sinne von ταινία, Wollbinde. Nescio, num hoc verum sit; *πῖλος* enim, cum ex lana factus esset, eandem ritualem vim habebat ac taenia, tamen taenia non erat.

[1] Cf. inter alios Frazer *Le rameau d'or* I 177 sqq.

[2] Non iidem sunt hic et ille pilleus; hic enim, qui est vestimentum dementium, per multas gentes pervulgatus est et etiam nostris temporibus invenitur; v. A. Dieterich l. c. Ille non reperitur nisi in nonnullis Romanorum ritibus religiosis.

stoff, als auf Metall hinweisen. Außerdem ist die Mütze der in der Tomba Bojetti dargestellten Figur an der Spitze mit einem quastenartigen Büschel versehen. Die gleiche Eigentümlichkeit kehrt wieder an dem spitzen Pileus, den ein in einem Chiusinergrab gemalter Flötenspieler zeigt (Mon. dell' Inst. V. *Taf.* XVI, n. III). . . . *Angesichts des an der Spitze dieser Pilei sichtbaren Büschels darf vielleicht an die Wolle erinnert werden, die an dem Apex der Flamines angebracht war* (Helbig 506). Summam et caput rei in his pileis non apicem, sed vittam fuisse docet Helbig 498. *Während nämlich die drei genannten Komasten Pileus, Band und Binde tragen, ist ein vierter nur mit Binde und Band . . ., ein fünfter lediglich mit dem Bande geschmückt.*

De pilleo lanato haec nobis tradita sunt.

Serv. ad Verg. Aen. II 683 (Sueton frag. 168, Reifferscheid 268): *Suetonius tria genera pilleorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum: sed apicem pilleum sutile circa medium virga eminente, tutulum pilleum lanatum metae figura, galerum pilleum ex pelle hostiae caesae.*

Serv. ad Verg. Aen. X 270: *Dicitur autem apex virga, quae in summo pilleo flaminum lana circumdata et filo conligata erat, unde etiam flamines vocabantur.*

Serv. ad Verg. Aen. II 683: *Apex proprie dicitur in summo flaminis pilleo virga lanata, hoc est in cuius extremitate modica lana est.*

Festus 10: *Albogalerus a galera nominatus. Est enim pilleum capitis, quo Diales flamines id est sacerdotes Iovis, utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Iovi caesa, cui adfigebatur apex virgula oleaginea.*

Isid. orig. XIX 30, 5: *Nam virgula, quae in pileo erat, conectebatur filo, quod fiebat ex lana hostiae.*

Gellius, Noct. att. X 15, 32 (M. Ter. Varr. ant. rer. div. lib. II fr. 4 p. CXIII Merkel. *Is* (sc. flamen Dialis) *solum album habet galerum, vel quod maximus, vel quod Iovi immolata hostia alba id fieri oporteat.*

Fronto ep. ad M. Caesarem 4, 4 p. 67 Naber: *Deinde in porta* (Anagniae) *cum eximus, ibi scriptum erat bifarium sic: „flamen sume samentum". Rogavi aliquem ex popularibus, quid*

illud verbum esset. Ait lingua hernica pelliculam de hostia, quam in apicem suum flamen, cum in urbem introeat, inponit.

Dionys. Hal. Ant. Rom. II 64: *Τὴν δὲ δευτέραν* (sc. *διάταξιν*) *τοῖς καλουμένοις ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων στεφηφόροις*[1], *ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων φλάμιοσιν, οὓς ἐπὶ τῆς φορήσεως τῶν πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ καὶ νῦν ἔτι φοροῦσι φλάμα καλοῦντες, οὕτω προσαγορεύουσι.*

Paul. Diac. 23: *Apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt.*

Etiam flaminum pilleus filis laneis compensari poterat; qua ex re elucet, filos laneos gravissimos in pilleo fuisse. Idem mihi videtur apparere ex Varronis l. l. V 84: *Flamines, quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, f⟨i⟩lamines dicti.*

Serv. ad Verg. Aen. VIII 664: *Lanigerosque apices: flamines in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid. Quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt; nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: unde a filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. verum festis diebus filo deposito pillea necesse erat accipere, quae secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta.*

Festus s. v. *Tutulus*: *Tutulum vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, et exstructum in altitudinem. Quidam, pilleum lanatum forma metali figuratum, quo Flamines et Pontifices utantur, eodem nomine vocari.*

Flaminica quoque et regina sacrorum virgam in capite habebant, quae filo laneo connectebatur.

Serv. ad Verg. Aen. IV 137: *Arculum vero est virga ex malo Punico incurvata, quae fit quasi corona et ima summaque inter se alligatur vinculo laneo albo, quam in sacrificiis certis regina in capite habebat, flaminica autem Dialis omni sacrificatione uti debebat.*

Pilleum fuisse in vestitu servorum in manumissione adhibito saepius traditur[2]. Quo factum est, ut pilleus fieret insigne deae

[1] *στεφανηφόροις* Jacoby.

[2] Locos affert Samter *Familienfeste* l. c.

Libertatis[1]. Nescio an ad hanc rem referendum sit, quod Livius prodidit XXIV 16, 18: *Pilleati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt.* Erant enim volones proelio apud Beneventum facto ob fortitudinem liberati. Lanam albam eandem auctoritatem habere ac pilleum facile cognoscimus.

Cultus pillei et sacerdotum et libertorum reliquus est ex aetate priore, ubi pilleus fuit communis vestitus virorum Italicorum liberorum. Hunc vestitus morem diebus festis homines posteri temporis servabant neque nova inducere conabantur prisca veriti. Eadem hoc fiebat ratione, qua ratione ferrum vel argilla pro aere in ritu adhibebatur. Nam ritus in rebus religiosis mores priscos semper sequitur. Magnam vim habere in hac re puto etiam nexum, quo virga *ima summaque inter se alligatur* (Serv. ad Verg. Aen. IV 137); cf. quae de his rebus disseruerunt vires docti[2].

Latius pilleo diffusa est in ornatu antiquorum vitta. Ab omnibus enim vittae gerebantur, qui caerimoniam religiosam faciebant, imprimis igitur ab sacra facientibus et sacerdotibus. *Vittae sacerdotis sunt* dicit Servius (ad Verg. Aen. III 81) et Festus (p. 113): *Infulae sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes . . . velantur*[3]. Auctoritas vittae in eo erat, quod, cum

---

[1] Cf. Alb. Dieterich, Pulcinella 164.

[2] Inter alios: Rieß PW I s. v. *Aberglaube* 33; Dragendorff *Die Amtstracht der Vestalinnen, Rh. M.* LI (1896) 289; Oldenberg *Rel. d. Veda* 330; Liebrecht *Zur Volkskunde* 303 et 320 sqq.; Fossey *La magie Assyrienne* 82 sqq.; 219 saepius; F. W. v. Bissing *Ägyptische Knotenamulette, Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII (1905) *Beiheft* 32 sqq.; Taylor *Forschungen über die Urgeschichte der Menschheit* (Deutsch, Lpzg. 1866) 175; Kießling ad Hor. carm. I 7, 22; I 26, 9; Kroll *Antiker Aberglaube, Sammlg. gemeinverständlicher wissenschaftl. Vorträge* v. Virchow-Holtzendorff 1897, 20 sqq.; Böhm, De symbolis Pyth., Diss. Berol. 1905, 29; Weinhold *Abh. d. Berl. Acad. d. Wiss.* 1896, 5; Samter *Beitr. z. alt. Gesch. u. gr.-röm. Alt.-Kunde* (*Festschrift f. Hirschfeld*) 244; Dümmler *Philol.* LVI 6; Wolters *Faden und Knoten als Amulett* (*Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII, *Beiheft* 1 sqq.); Heckenbach, De nuditate sacra sacrisque vinculis, *Rel.gesch. Vers. Vorarb.* IX 3, 69 sqq.; P. Herrmann *Deutsche Mythol.* 422; cf. infra 170.

[3] Servius ad Verg. Aen. X 538, quid sit infula his verbis explicat: *Infula fascia in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent; quae plerumque lata est, plerumque tortilis de albo et rocco.* Cf. Lucan. II 355; Prudent. adv. Symm. II 1085; Spartian. Did. Iulian. 6.

ex lana (cf. Serv. ad Verg. Aen. VIII 128: *Oves, unde lana, e qua vittae* et Ovid. fast. III 30; cf. infra p. 42) conficeretur, quam sanctam et venerabilem esse antiqui existimabant, sancta et ipsa habebatur (cf. supra p. 35). Nonnullis locis Vettii Valentis (primum ed. Guil. Kroll, Berlin 1908) sacerdotes significantur stemmatibus. P. 1: *Τιμὰς εἰκόνων ἀνδριάντων καὶ στεμμάτων;* p. 5: *δόξης τε καὶ στεμμάτων καὶ προθυμίας Ζεὺς κύριος καθέστηκε;* p. 7: *ἀρχιερεῖς, γυμνασίαρχοι, στεμμάτων καὶ πορφύρας καταξιούμενοι;* p. 85: *καὶ στεμμάτων καὶ ἀρχιερωσύνης μετέσχεν;* p. 194: *καὶ τιμῶν καὶ στεμμάτων καταξιοῦ;* p. 3: *ἱερωσύνας, γυμνασιαρχιάς, χρυσοφορίας, στεμματοφορίας;* p. 39: *ἐπικτήσεις . . . στεμματοφορίας;* cf. p. 195; 197; 389; p. 45: *ἀρχιερατικούς, στεφηφόρους, ἀθλητικοὺς καὶ ἱερῶν προεστῶτας.*

Paul. Diac. 453 (de Ponor): *Stroppus*[1], *quod Graece στρόφιον dicitur, pro insigni habebatur in capitibus sacerdotum.*

Ovid. metam. V 109 sq.:

Cererisque sacerdos
Ampygus, albenti velatus tempora vitta.

Alba vitta ornati sunt etiam in Elysio: *Sacerdotes casti, dum vita manebat* (Verg. Aen. VI 661).

Sueton. Caes. 79, 1: *Adiecit ad tam insignem despecti senatus contumeliam multo arrogantius factum. Nam cum in sacrificio Latinarum revertente eo inter inmodicas et novas populi acclamationes quidam e turba statuae eius coronam lauream candida fascia praeligata inposuisset et tribuni plebis Epidius Marullus Caesetiusque Flavus coronae fasciam detrahi hominemque duci in vincula iussissent, dolens seu parum prospere motam regni mentionem sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, tribunos graviter increpitos potestate privavit.*

Hoc facto elucet, fuisse *der Lorbeer mit weißem Bande ein altes Symbol der königlichen Würde bei der Person . . ., die*

[1] Virum doctissimum Hertzberg in adnotationibus ad Propertium III 17, 30 et IV 5, 71 de vittis et talibus verba facientem nimis acute inter singula genera vittarum distinxisse puto. Copiose de vittis scriptum est in libro, qui inscribitur: Apotheosis vel consecratio Homeri . . . a Gisberto Cupero. Traiecti ad Rhenum 1727, 19 sq.; 137 sqq. Cf. statuam, quae Phidiae ascribitur, quaeque appellatur: Diadumenos Farnese (Lübke-Semrau *Die Kunst des Altertums*, Eßlingen a. N. 1908, fig. 327).

König und Priester zugleich[1] *war* (Boetticher *Baumkultus* 357). Quo fit, ut imagines Caesarum semper fere coronam vitta conligatam ostendant. In ingenti numero nummorum tales imagines inveniuntur, ut supervacaneum sit, huius rei exempla afferre.

Etiam virgines Vestales vittas habebant. Ovid. fast. III 29 sq. dicit Rhea Silvia Vestalis:

> Ignibus Iliacis aderam, cum lapsa capillis
> decidit ante sacros lanea vitta focos.

Ibid. VI 457:

> nullaque dicetur vittas temerasse sacerdos.

De Bonae deae sacerdote dicit Propert. IV 9, 51 sq.:

> Alma sacerdos,
> puniceo canas stamine vincta comas.

De Fetialibus hoc traditum est (Livius I 32, 5): *Ut tamen, quoniam Numa in pace religiones instituisset, a se bellicae caerimoniae proderentur nec gererentur solum, sed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur. legatus ubi ad fines eorum venit, capite velato filo — lanae velamen est — „audi, Iuppiter", inquit, „audite fines".*

Plinius nat. hist. XVIII 6: *Arvorum sacerdotes Romulus in primis instituit seque duodecimum fratrem appellavit, inter illos Acca Laurentia nutrice sua genitos spicea corona, quae vitta alba conligaretur, sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quae prima apud Romanos fuit corona. honosque is non nisi vita finitur et exsules etiam captosque comitatur.* Cf. Dar.-Sagl. fig. 1985 et p. 1524 adn. 80 et 1525 adn. 87.

Ibidem fig. 1986 ostendit coronam sacerdotis Bellonae, taeniam laneam crassam nodosam, quae ab extrema capitis parte decidit in umeros.

Verg. Aen. X 537 sqq.:

> Nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,

[1] De viris regis et sacerdotis munere simul fungentibus scripsit Frazer *Le rameau d'or* I 1 sqq.; 166 sqq.

infula cui sacra redimibat tempora vitta,
totus collucens veste atque insignibus armis.

Ad hoc conferendus est Servius (v. supra 40[3]).

Petron. sat. 89 (Buech. 61 v. 4sqq.):

infulis stabant sacri
Phrygioque cultu gemina nati pignora
Lauconte.

Cives Romani, cum sacra facerent, purpureo[1] amictu induti erant; cf. Verg. Aen. III 403sqq.:

quin, ubi transmissae steterint trans aequora classes
et positis aris iam vota in litora solves,
purpurea velare comas adopertus amictu,
ne qua inter sanctos ignis in honore deorum
hostilis facies occurrat et omina turbet[2].

In ornatu flaminicae erat venenatum; Verg. Georg. II 465: *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.* Serv. ad Verg. Aen. IV 137: *Vetere caerimoniarum iure praeceptum est, ut flaminica venenato operta sit.*

Ad hanc rem pertinent flammeum et rica, quae in vestitu erant sacerdotum Romanarum et omnino mulierum Romanarum sacrificantium. Verbis flammei et ricae idem vestimentum significari infra statim probabo. Ex lana eas factas fuisse docet Paul-Diac. s. v. 407: *Rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo flaminicae pro palliolo utebantur. Alii dicunt, quia ex lana fiat sucida alba, quod conficiunt virgines ingenuae, patrimae, matrimae, cives et inficiatur caeruleo colore.*

[1] Quid sit purpura, intellegi potest ex Horatii carm. II 16, 35sqq. *te bis Afro | murice tinctae | vestiunt lanae* et Ovidii a. a. I 251:

consule de gemmis, de tincta murice lana . . .

et III 169sq.:

quid de veste loquar? nec nunc segmenta requiro,
nec, quae de Tyrio murice, lana, rubes.

Cf. Culicis v. 62 et quae dixi supra p. 6.

[2] Color ruber vim habet propulsantem mala, cf. Diels *Sib. Bl.* 69[2]; Kroll *Antiker Aberglaube* 3; Zachariae *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes* XVII 227sqq.; Boetticher *Baumkultus* 373; Wolters l. c. 19; Liebrecht *Zur Volkskunde* 395sq.; cf. infra cap. III.

Festus 227: *Ricae et riculae vocantur parva ricinia, ut palliola ad usum capitis facta. Granius quidem ait esse muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur.*

Festus 289: *Rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo flaminicae pro palliolo mitrave utebantur.*

Quibus ex locis apparet mea quidem sententia ricam adhibitam esse pro palliolo et vitta flaminicae; nescio, an rica ex iis orta sit. Helbig, qui de his rebus diligentissime scripsit l. c. 521 sqq. reliquosque locos affert, illa Festi verba p. 227 explicare se non posse confitetur. Illum locum corruptum esse putat et cum altero Festi loco p. 289 et Varronis verbis (l. l. V 130: *Sic rica ab ritu, quod Romano ritu sacrificium feminae cum faciunt, capita velant*) comparat; haec verba illud Granii irritum facere posse equidem non existimo. Haec rica etiam flammeum nominabatur; nam si quis verba, quae supra commemoravi, et Pauli Diaconi 92 (de P. 65) et 89 (de P. 63) inter se comparat, cognoscet utrumque vocabulum idem vestimentum significare. Dicit enim Paul. Diac. 92: *Flammeo vestimento flaminica utebatur, id est Dialis uxor et Iovis sacerdos, cui telum fulminis eodem erat calore* et 89: *Flammeo amicitur nubens ominis boni causa, quod eo assidue utebatur flaminica, id est flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.*

Mater quoque familias, cum sacra faciebat caput flammeo cooperiebat; cf. Varro l. l. V § 130 (quae verba proxime protuli) et Nonium: De gen. vest. 541 (Merc.): *Flammeus vestis vel tegmen, quo capita matronae tegunt.* Quod mater familias sacrificans flammeo, quippe quod fuerit vestitus sacerdotis flaminicae, caput tegit, nos docet, hoc vestimentum flaminicae ad sacrificium referendum esse. Idem dici potest de tutulo (cf. supra p. 38), quem matrem familias gessisse sacra facientem tradidit Varro l. l. VII 44: *Id tutulus appellatus ab eo, quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent vitta velatos, dicebantur tutuli.*

In vestitu sacrificali virginum vestalium erat suffibulum, quod purpura praetextum erat; cf. Dragendorff l. c. 285 sq. Nova nupta[1] quoque Romana caput flammeo cooperiebat.

[1] Magnum inter vestitum Vestalium et sponsarum similitudinem fuisse

Disseruerunt de hac re inter alios: A. Roßbach *Untersuchungen* 284 sqq.; Dragendorff l. c. 292 sq.; Diels *Sib. Bl.* 70 et 122; E. Thomas *Ztschr. d. Ver. f. Volkskunde* XII 123 sqq.; Zachariae l. c. 229 sqq.; Oldenberg l. c. 401 adn. Quorum virorum doctorum nullam explicationem plane probare possum; imprimis lustrationem, quam complures lana effici putaverunt, non cognosco in ritu flammei sponsarum. Immo apotropaeam quandam huic ritui inesse vim patet, quare maxime quidem mihi placet iudicium Oldenbergii, qui dicit esse hunc ritum impedimentum, *durch (die) das man sich in besonders feierlichen Momenten gegenüber schädlichen Geistern zu sichern sucht;* cf. Verg. Aen. III 403 sqq. (supra 43).

Ritus flammei, ut vestimenti novae nuptae, etiam in caerimonias ecclesiae catholicae transgressus est; cf. Martene l. c. II 345 A: *Nicolaus pappa I in Responsis ad consulta Bulgarorum cap. 3 . . . sicque demum benedictionem et velamen caeleste suscipiunt . . . verumtamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat.*

Ibid. 348 A: *Dum cantaretur benedictio, velum purpureum in signum pudoris super sponsum et sponsam expandebatur, ut docent nostri libri Rituales.* S. Ambrosius, De virginitate cap. V (Migne Patr. Lat. 16, 272): *Utinam possem revocare nupturas, utinam possem flammeum nuptiale pio integritatis mutare velamine.* Idem traditur de sollemni consecratione virginum: haud mirum, cum tales virgines, quae sempiternam castitatem Christo spondebant, etiam nunc *Bräute Christi* nominantur[1]. Hieronymus, epistola CXXX ad Demedriadem 2 (Migne Patr. Lat. 22 p. 1107 sq.): *Scio quod ad imprecationem pontificis flammeum virginale sanctum operuerit caput.* Ambrosius, De virginibus I 11 (Migne l. c. 206): *Plus talis decet flammeus, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur.* Martene l. c. 523 B: *Pronunciata oratione episcopus flammeum seu velum capiti virginis benedictae imponebat.* Ibid. 525 C:

docet Dragendorff l. c. 292; cf. Lobeck. Agl. 609 sq.; Bergk *Kleine Schriften* II 659 sqq.; Dümmler *Philol.* LVI (1897) 29 sqq. (*Kleine Schriften* II 236 sq.); Anrich *Das antike Mysterienwesen und sein Einfluß auf das Christentum* 77.

[1] Cf. A. Dieterich *Mithrasliturgie* 133; E. Fehrle *Die kultische Keuschheit im Altertum, Rel.gesch. Vers. Vorarb.* VI cap. 1.

Velum virginum duplex. ... observandum est, duplex olim fuisse virginum velum: unum quod in prima consecratione, alterum quod in secunda tradebatur. Huius distinctionis egregium habemus testimonium in Petri Abaälardi epist. 8: Duo autem velorum genera esse volumus, ut alia sint scilicet virginum iam ab episcopo consecratarum, alia vero minime. Quae vero praedictarum sunt virginum, crucis sibi signum habeant impressum; quo scilicet ipsae integritate quoque corporis ad Christum maxime pertinere monstrentur: et sicut in consecratione distare a ceteris, ita et hoc habitus signo distinguantur, quo et quique fidelium territi magis abhorreant in concupiscentiam earum exardescere. Hoc autem signum virginalis munditiae in summitate capitis candidis expressum filis virgo gestabit, et hoc nullatenus antequam ab episcopo consecretur gestare praesumat. Nulla autem alia vela hoc signo insignita sunt.

Non solum in capitis ornatu, sed etiam in ceteris vestimentis lana adhibebatur; atque plerumque eam invenimus in vestitu sacra facientium. Festus autem narrat, lanam adhibitam esse in ritu nuptiarum s. v. Cingillo: *Cingillo nova nupta praecingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis, ut sicut illa in glomos sublata convincta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusque esset. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Heracles, qui septuaginta liberos reliquit.*

De hac caerimonia verba fecit Dragendorff l. c. 289. Nodum Herculeum magnam vim magicam habere eoque daemones malos pulsari antiqui credebant. Uberius de hoc nodo disseruit J. Heckenbach, De nuditate sacra sacrisque vinculis. *Rel.gesch. Vers. Vorarb.* IX 3 p. 104sqq. De eodem more Indico cf. Haas l. c. 389 et 278.

Vestimentum praetextae[1] sacerdotum (v. Liv. I 20) et

[1] Cf. E. Rohde *Psyche* 226[3]; Maaß *Orpheus* 33; Mommsen *Staatsr.* I[3] 421sqq.; Marquardt *Handb.* VI[2] 223. De clavi purpurei apud Graecos usu cf. Sauppe l. c. 271sq.: *σαμεια· Dies kann hier und Z. 21 nur von Besatzstreifen verstanden werden. Doch geht darauf die Glosse des Philox.: σημεια· clavi. ... σκιας· Das Wort kann hier und Z. 24 nur einen bunten Saum oder Besatz bedeuten und so steht es wohl auch in dem frg. Menanders: ... τῆς σκιᾶς τὴν πορφύραν πρῶτον ἐννφαίνουσ(α)* (Kock, Fragm. Com. Att. III 561).

magistratuum (v. Suet. Caes. 45, 3) nomen accepit a lana purpurea, qua praetextum erat. Nihil nisi clavum praetextae necesse erat ex lana factum esse. Hunc laneum clavum reliquum esse existimo vestimenti, quod priore tempore totum ex lana confectum erat; atque ex religiosis causis factum esse puto, ut Romani, cum vetustius vestimentum abicerent, conservarent in novo vestimento aliquid lanae. Ob eam autem causam faciebant laneum clavum, quia facilius erat, in margine vestimenti alicuius quam alibi alienum pannum adicere. Diels l. c. putat hunc ritum praetextarum fuisse ritum „substitutionis"; sed eo, quod etiam magistratus et pueri et puellae [1] praetextis induti erant, demonstrari videtur hunc ritum ad sacrificium referri non posse.

Regis quoque pallium laneum fuerat; cf. Plinius nat. hist. VIII 194: *Lanam in colo et fuso Tanaquilis, quae eadem Gaia Caecilia vocata est, in templo Sancus durasse prodente se auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Ser. Tullius fuerat usus.*

Vestis forensis civis Romani erat toga; haec quoque lanea erat, hac quidem de causa, quod Romani sollemnem habitum, quem antiquissimis temporibus gesserant, omnibus occasionibus, quae pertinebant ad dies festos et ad rem publicam, servabant.

Victimarii subligaculum habebant clavo purpureo praetextum; cf. Verg. Aen. XII 119sq.:

> Alii fontemque ignemque ferebant
> velati limo et verbena tempora vincti.

Ad hoc Servius: *Limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes prope teguntur pudenda poparum. haec autem vestis*

[1] Hanc similitudinem inter sacerdotum et puellarum ritus tractavit Frazer *Le rameau d'or* II 436sqq., qui ibidem nonnulla exempla quoque affert: *L'impurité prétendue des jeunes filles pendant la crise de la puberté et la sainteté des hommes revêtus d'un caractère sacré ne diffèrent pas l'une de l'autre aux yeux de l'homme primitif. Elles ne sont que deux manifestations différentes de la même énergie mystérieuse qui, comme toute énergie, n'est en elle-même, ni bonne ni mauvaise, mais devient bienfaisante ou malfaisante suivant les circonstances dans lesquelles elle s'exerce.*

habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam, unde et nomen accepit.

Laena quoque erat vestimentum sacrificale ex lana confectum; cf. Strabo IV 196 et Serv. ad Verg. Aen. IV 262: *Laena genus est vestis. est autem proprie toga duplex, amictus auguralis. alii amictum rotundum, alii togam duplicem, in qua Flamines sacrificant infibulati. . . . Quidam pontificalem ritum hoc loco expositum putant. Veteri enim religione pontificum praecipiebatur inaugurato flamini vestem, quae laena dicebatur, a flaminica texi oportere.*

Flaminem Carmentalem sacra facientem laena indutum fuisse docet Cicero Brut. 56: *Licet aliquid etiam de M. Popilli ingenio suspicari, qui cum consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in contionem.* Cf. quae ad hoc dixerint Jahn-Kroll Cic. Brut. Berlin 1908, 49 et Baumeister III 1840 sq.

Verba denique Servii afferam, quibus demonstretur, multo magis fuisse lanam in ritibus Romanorum pervulgatam, quam nos scimus. Servius egressus est ex verbis illis Verg. Aen. XII 120 supra laudatis, quae falso legit; legit enim „lino" pro „limo". Haec scripsit: *Velati lino atqui fetiales et pater patratus, per quos bella vel foedera confirmabantur, numquam utebantur vestibus lineis. adeo autem a Romano ritu alienum est, ut cum flaminica esset inventa tunicam laneam lino habuisse consutam constitisset, ob eam causam piaculum esse commissum. unde dicemus errore factum, ut linea vestis contra morem adhiberetur ad foedera, quae firma futura non erant.*

Sed quia de lana, quae, cum sancta et religiosa haberetur, in vestitu gereretur caerimoniam religiosam facientium, satis dictum sit, sequitur, ut doceam de lana, quae vi inversa adhiberetur ad alias res sanctificandas et consecrandas.

Ac primum quidem hostias infulis et vittis vestiri litteris et tabulis pictis saepius traditur. Festus dicit 113 s. v.: *Infulae sunt filamenta lanea, quibus . . hostiae . . . velantur.* Herodotus memoriae prodidit sacrificium in templo Iovis Laphystii

simulatum VII 197: *Ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξαχθείς*[1].

Simile quid narravit Ovidius fast. III 861 sq., ubi Phrixus et Helle oraculi iussu ad aras ducuntur, ut sacrificentur:

> Et soror et Phrixus, velati tempora vittis
> stant simul ante aras.

Verg. Aen. II 154 sqq. (Sinon haec verba facit):

> Vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
> testor numen, ait, vos arae ensesque nefandi
> quos fregi vittaeque deum, quas hostia gessi.

Antoninus Liberalis *Μεταμορφώσεων συναγωγή* VIII 4 Nicandrum secutus tradidit in Parnasso portentum habitasse, quod *Λαμία* vel *Σύβαρις* nominaretur; Apollinem autem praedixisse, liberatum iri urbem ab hoc portento, *εἰ ἑκόντες ἐθέλοιεν ἐκθεῖναι παρὰ τῷ σπηλαίῳ ἕνα κοῦρον τῶν πολιτῶν*; hic quidem sorte legitur; *καὶ οἱ μὲν ἱερεῖς τὸν Ἀλκυονέα στέψαντες ἀπήγαγον εἰς τὸν τῆς Συβάριδος σπήλαιον.*

De Iphigenia, quam in Aulide sacrificare volebant, hoc dictum est, Eurip. Iph. Aul. 1080 sq.:

> *σὲ δ' ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν*
> *πλόκαμον.*

De eadem scripsit Lucret. I 84 sqq.:

> Aulide quo pacto Triviai virginis aram
> Iphianassai turparunt sanguine foedo
> ductores Danaum delecti, prima virorum.
> cui simul infula virgineos circumdata comptos
> ex utraque pari malarum parte profusa est, . . .

Cf. ad hoc, quae dixit Munro, Lucretius, Cambridge 1893, II 39.

Ovid. ep. ex Ponto III 2, 69 sqq. haec tradidit:

> quorum alter Orestes,
> ast Pylades alter — nomina fama tenet —
> protinus inmitem Triviae ducuntur ad aram
> evincti geminas ad sua terga manus.
> spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
> ambiat ut fulvas infula longa comas.

[1] Cf. ad hoc Macan, Herodotus, Vol. I, part. I, London 1908, 225.

dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis,
dum tardae causas invenit ipsa morae,
„non ego crudelis, iuvenes, ignoscite“ dixit.

Verg. Georg. III 486 sqq.:

saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
lanea dum nivea circumdatur infula vitta[1],
inter cunctantis cecidit moribunda ministros.

Sacrificium quidem maxime cognitum, in quo taenia et vitta adhibebantur, est Suovetaurilium, quod sacrum saepius pictum et fictum est. Nota est effigies Suovetaurilium in cancellis ficta rostrorum, quae fuerunt in foro Romano; v. O. Richter *Rekonstruktion und Geschichte der römischen Rednerbühne*, Berlin 1884, 57. Idem ostendunt effigies ex mus. archaeol. Lugdunensi, no. 574, et alia effigies ex arcu Constantini (cf. Th. Birt *Die Buchrolle in der Kunst*, Lpzg. 1907, 68 no. 42), ubi Marcus Aurelius imperator Suovetaurilia sacrificans fictus est: sus taeniam habet circum corpus; eodem modo ovis taenia ornata conspicitur. Cf. imaginem in Baumeisteri vol. III fig. 1799, cui p. 1713 adnotatur: *Eine breite Binde ist um den Leib des Stieres gewunden. Auch die Hörner der Opfertiere waren im Original ursprünglich bebändert*; Hans Lamer *Römische Kultur im Bilde* (in librorum collectione, quae vocatur *Wissenschaft und Bildung*), Lpzg. 1910, fig. 9; Guhl und Kohner *Das Leben der Griechen und Römer*[6], Berlin 1893, 803. Copiose de effigiebus Suovetaurilium scriptum est in Ann. dell' Inst. 1872, 277—311[2]; v. Jahreshefte d. Österreichischen arch. Inst. XIII 1910 fig. 58 p. 100. Hostias in animo habet Livius II 54, 4: *Claris insignibus velut infulis velatos ad mortem destinari.*

Philostrat. vit. Apoll. V 42, 227: *Ἐντεῦθεν οἱ ἱερεῖς ξυνελθόντες ἔθυσαν τῷ Ἀμάσιδι καὶ κοσμήσαντες τὸ θηρίον* (sc. leonem) *στρεπτῷ καὶ ταινίαις παρέπεμπον εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐλοῦντες καὶ ὑμνοῦντες καὶ ἐπ' αὐτῷ ᾄδοντες.*

[1] Ad hoc Wagner, Vergilii opera, Lipsiae 1830, I p. 581: *Infula est latius quiddam, et capiti, e quo fere pendebat, velando aptum, vittis alligari et constringi solita.*

[2] Cf. A. v. Domaszewski *Abh. z. röm. Rel.* 16 sqq.; Cato c. 141; Tacit. hist. IV 53; cf. infra 67 sq.

Theophrast. Char. XXI 7: *Μικροφιλοτιμίας· . . . καὶ βοῦν θύσας τὸ προμετωπίδιον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπατταλῶσαι, στέμμασι μεγάλοις περιδήσας*[1], *ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν, ὅτι βοῦν ἔθυσε.*

Val. Flaccus, Argon. I 188sqq.:

> tum laeti statuunt aras. tibi, rector aquarum,
> summus honor, tibi caeruleis in littore vittis
> et Zephyris Glaucoque bovem Thetidique iuvencam
> deicit Ancaeus.

Iulius Florus II 13: *Quae omnia velut infulae in destinatam morti victimam congerebantur.*

Hostiae infulis exornatae saepe effictae sunt; cf. inter alios: Robert, Monum. ant. IX, tab. 1; *Brit. Mus. Catal. of vas.* E 284. *Compte Rend.* 1869 tab. IV 1.

Ut hostias, sic omnia, quae diis consecrabantur, sanctis et religiosis infulis et vittis exornabantur. Aristot. fr. 101 Rose (Athenaeus XV 674[f]): *Οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεούς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα. τὸ δὲ πλῆρες τέλειόν ἐστιν. τὸ δὲ στέφειν πλήρωσίν τινα σημαίνει.* Sic consecrabantur arae templa statuae theatra luci arbores fontes alia.

In ingenti numero imaginum aras laneis infulis, quae saepe sertis et coronis traiectae sunt, exornatas videmus; quod cum ita fuisse apud omnes constet, singula exempla proferre necesse non est[2]; cf. Eurip. Suppl. 32 sqq.:

> *δεσμὸν δ' ἄδεσμον τόνδ' ἔχουσα φυλλάδος*
> *μένω πρὸς ἀγναῖς ἐσχάραις δυοῖν θεαῖν*
> *Κόρης τε καὶ Δήμητρος, οἰκτίρουσα μὲν*

---

[1] Capita taurorum stemmatibus ornata saepissime in antiquitate ficta sunt; *βουκράνια* nominabantur. Sunt autem *βουκράνια* ornamenta, quae in sanctis locis, templis, aris, aliis inveniuntur affixa ad murum vel parietem infulis vestita; cf. *Königl. Mus. zu Berlin* 1158, 446; Wieseler *Theatergeb. u. Denkmäler*, Göttingen 1851, tab. IX fig. 9 et 14; Baumeister II 1306; W. Altmann *Die römischen Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berlin 1905, 59sqq. et fig. 1, 2, 3, 27, 34sqq., 53sqq. In nummis quoque *βουκράνια* saepius depicta sunt: *Brit. Mus. cat. of coins, Central Greek*, tab. XVII 5—8; ibid. XIX 3; *Crete*, tab. XVI 11—15; Furtwängler *Gemmen* tab. 31, 1.

[2] Cf. Hock l. s. 70sqq.

πολιὰς ἄπαιδας τάσδε μητέρας τέκνων,
σέβουσα δ' ἱερὰ στέμματ(α).

Propert. IV 6, 6:

terque focum circa laneus orbis eat;

cf. Rothstein *Die Elegien d. Prop.*, Berlin 1898, ad III 6, 30.

Eundem usum invenimus in ornatu templorum[1]; cf. Festus 113 s. v. *Infulae sunt filamenta lanea, quibus ... templaque velantur.* Thuc. IV 133, 2: *Καὶ ὁ νεὼς τῆς Ἥρας τοῦ αὐτοῦ θέρους ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς ἱερείας, λύχνον τινὰ θείσης ἡμμένον πρὸς τὰ στέμματα καὶ ἐπικαταδαρθούσης ὥστε ἔλαθεν ἁρθέντα πάντα καὶ καταφλεχθέντα.* Statuas, quibus custodes et ministri et ministrae templorum ficti sunt, saepe infulis et voluminibus taeniarum instructas invenimus. Statua illa Vaticana (Braccio nuovo, nr. 47; cf. Birt *Die Buchrolle in der antiken Kunst* 96) dextra manu tenet volumen infularum, quae in templo adhibebantur. Sinistra tenet volumen taeniarum caryatis apud Reinachium *Rép.* I 218, 1, *Coll. Torlonia* depicta; cf. Michaelis *Parthenon* no. 20 (Pernice *Jahrb. d. archäol. Inst.* X (1895) 100 et tab. 3); Altmann *Jahresh. d. Österr. archäol. Inst.* VI (1903) 195 sq. et tab. 7; cf. *Revue des études greques* XVIII (1905) 119, quae statua tenet manibus scutulam, in qua posita est inter alia volumen taeniarum, quarum extremae partes apertae sunt. Vide praeterea Birt l. c. 119 fig. 67: Femina coronata dextra tenet volumen infularum, sinistra ramum; ulna sinistra videtur infula amicta esse. Birt 127 tabulam pictam, quam ipse primus invenit, ita describit: *Ein großes Fresko in Querformat, darstellend einen Schmucktisch, besetzt mit Metallgefäßen, Pokalen von schöner Arbeit, offenbar Tempelgut, bemerkenswert besonders Wollbinden, die auf dem Tische liegen; die Enden der Rollen sind aufgerollt; ... eine violette ist ganz aufgerollt, zwei weitere derselben Farbe (eine von diesen ist sehr verblichen), und eine grüne entsprechen meiner Beschreibung.* In illa effigie, quam supra commemoravi p. 50, sacrificium Suovetaurilium a Marco Aurelio imperatore factum

[1] Cf. Hock 73 sqq.

ostendente invenies in parte imaginis remota infulas et coronas, quibus templum indicatur.

Taeniae et serta transierunt ex veritate in sculpturae ornamenta templorum, ararum, aliorum; cf. Baumeister I fig. 59; K. Boetticher *45 Kupfertafeln zur Tektonik der Hellenen*, Berlin 1871, tab. 33, fig. 3. Corinthium genus structurae, praesertim caput columnarum Corinthiarum, ad hoc maxime idoneum fuisse docet Baumeister I fig. 305; cf. Boetticher *Tekt. d. Hell.* II Potzdam 1849, 105: *Bemerkenswert ist, daß, wie die ursprüngliche Bekränzung der Altäre sich nach und nach in festen Reliefschmuck an diesen Werken verwandelte, dies auch mit der Bekränzung der Säulen, der Thrinken (Friese) und Wand des Tempels der Fall war.* Omnes fere arae sepulcrorum taenias persaepe cum sertis, bucraniis, aliis ornamentis coniunctas ostendunt; cf. W. Altmann *Die römischen Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berlin 1905, passim.

Theatrum quoque locus erat deorum sacer, quod quisque originem tragoediae et comoediae respiciens facile intellegit. Quo fit, ut in multis picturis, quibus tragoediarum vel comoediarum res gestae repetitae sunt, theatrum sacris infulis ornatum videamus; cf. Fr. Wieseler *Theatergebäude und Denkmäler des Bühnenwesens bei den Griechen und Römern*, Göttingen 1851 tab. III 18 (= *Mon. dell' Inst. 1844*, vol. IV 12); ibid. tab. VI 1; Hermann-Bruckmann *Denkmäler der Malerei des Altertums*, tab. 14 (= Lamer *Röm. Kult. im Bilde*, fig. 20); Birt l. c. 125 sq., fig. 69 et 70, quibus imaginibus sileni depicti sunt, qui in volumina infularum manu nituntur aut ea manibus tenent[1]; cf. Lamer l. c. fig. 67 et Fr. Versakis *Das Skenengebäude des Dionysostheaters* (*Jahrb. d. deutsch archäol. Inst.* XXIV (1909) 219, fig. 29 et 30; Birt l. c. fig. 113 (= Wieseler l. c. tab. IV fig. 9) et p. 178; Berl. Mus. fig. 957, p. 388.

Eodem modo statuae deorum et virorum illustrium consecrabantur. Haud scio, an poeta talia statuae Athenae

[1] *Erklärlicher ist es, daß er als Kultdiener des Dionysos Wollbinden trägt, die lang ausgezogen und flatternd zum Schmuck der heiligen Stätten dienten.* Birt. l. c.

affixa stemmata in animo habuerit, cum diceret Batrachom. 178 sqq.:

> *Ὦ πάτερ, οὐκ ἂν πώποτ' ἐγὼ μυσὶ τειρομένοισιν*
> *ἐλθοίην ἐπαρωγὸς, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ μ' ἔοργαν*
> *στέμματα βλάπτοντες καὶ λύχνους εἵνεκ' ἐλαίου.*
> *τοῦτο δέ μου λίην ἔδακε φρένας, οἷον ἔρεξαν.*
> *πέπλον μου κατέτρωξαν, . . .*

Ad Vestae statuam, quam Aeneas ex patria secum fert, referri verisimile est vittas, quarum Verg. Aen. II 296 memoriam fecit:

> Sic ait et manibus vittas Vestamque potentem
> aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Verg. Aen. IV 457 sqq. (agitur de statua Sichaei):

> Praeterea fuit in tectis de marmore templum
> coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
> velleribus niveis et festa fronde revinctum[1].

Aelian. v. h. IX 39: *Ἀναδήσας πολλαῖς ταινίαις*[2] *καὶ στεφανώσας τὸ ἄγαλμα καὶ θύσας καὶ κόσμιον αὐτῷ περιβαλὼν πολυτελῆ εἶτα ἑαυτὸν ἀπέκτεινε, μυρία προκλαύσας* (verba facit de adulescente statuae amore incenso).

Schol. ad Plat. Polit. III 398 A: *Μύρον καταχέειν τῶν ἐν τοῖς ἁγιωτάτοις ἱεροῖς ἀγαλμάτων θέμις ἦν, ἐρίῳ τε στέφειν αὐτά, καὶ τοῦτο κατά τινα ἱερατικὸν νόμον.* Cf. Schol. Procl. in Plat. Polit. I 47, 25 Kroll: . . . *ἀλλ' ὡς ἱερὰν Μουσῶν ταῖς ὁμοίαις τιμαῖς τῶν ἀγαλμάτων τιμήσας, μύρῳ καὶ στέμματι.*

Magni momenti est, quod haec scholia dicunt: *ἐρίῳ τε στέφειν* vel: *στέμματι*, Vergilius autem: *velleribus niveis*, qua re declaratur, etiam in his ritibus vellera lanam infulas eandem vim habere[3].

Infulae nodosae saepius inveniuntur in statuis priscis. Diana Ephesia praecipue hoc modo ornata est; cf. Furtwängler *Gemmen*, tab. XLIV fig. 2. De Baccho, qui Graece

[1] Cf. ad hoc, quae dixit E. Penquitt, De Didonis Vergilianae exitu, Diss. Regimonti 1910.

[2] Hic ritus attingit ea, quae de lanarum usu sacrificali supra 33 sq. dixi.

[3] Cf. supra 6, 31.

Περιχιόνιος cognominabatur, v. Hock l. c. 52 sqq.; in cultu Hermarum quoque taeniae adhibebantur; cf. Gerhard *Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss.* 1885, 461 sqq. et tab. I—V; Theodor Schreiber *Die hellenistischen Reliefbilder*, Lpzg. 1894, no. 17, 39, 60; *Mon. dell' Inst. Suppl.* tab. 34; *Compte Rend.* 1869, tab. IV 6; Schreiber *Arch. Ztg.* 1883, 283 sqq., fig. 2—4; Overbeck *Gr. K.-M.* II, tab. num. I; Furtwängler *Gemmen*, tab. XIII n. 16 A; Hock l. c. 58.

Luci quoque sacri et arbores infulis suspensis colebantur. Copiosissime de hac re scripserunt Karl Boetticher *Der Baumkultus der Hellenen* et Mannhardt *Wald- und Feldkulte*, vol. II cap. IV: *Erntemai und Maibaum in der antiken Welt*; inter recentiores imprimis Alb. Dieterich *Sommertag*: *Arch. f. Rel.-Wiss.* 1905, VIII. *Beiheft*, 82 sqq. Cum alii tum Mannhardt docet apud omnes gentes, quae nunc indogermanicae vulgo nominantur, floruisse cultum arborum, et transtulisse eum ex sedibus antiquissimis singulas gentes in novas regiones. *Der Erntemai aber entspricht in allen Stücken, Ausrüstung mit Bändern, Früchten, Backwerk und Gefäßen, Aufpflanzung vor dem Hause (oder Tempel), Verbleib an diesem Orte bis zur nächsten Ernte, Verbrennung nach Jahresfrist, so genau der griechischen, schon von Aristophanes bezeugten Eiresione, daß man an dessen vorchristlichen Entstehung nicht zweifeln darf.* Mannhardt I 295.

Lucos sacros, quorum arbores infulis, quae de ramis vel truncis pendent, ornatae sunt, iam picturae camerarum sepulcralium Tarquiniensium ostendunt; cf. Boetticher 182; Martha *L'art Étrusque* 436; cf. Lübke-Semrau l. c. 368. Sacer est etiam lucus Aricinus; Ovid. fast. III 263 sqq.:

> Vallis Aricinae silva praecinctus opaca
> est lucus, antiqua religione sacer.
> hic latet Hippolytus furiis direptus equorum,
> unde nemus nullis illud aditur equis.
> licia dependent, longas velantia saepes,
> et posita est meritae multa tabella deae.
> saepe potens voti, frontem redimita coronis,
> femina lucentes portat ab Urbe faces.

Persaepe de infulis[1] ex singulis arboribus pendentibus traditur; cf. Nauck, frg. trag. Gr.[2] Eurip. n. 360 v. 46 sqq. (ex Erechtheo):

> *Οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος*
> *τριαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις*
> *Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς*
> *στεφάνοισι.*

Apul. fl. I 1: *Neque enim iustius religiosam moram viatori obiecerit aut ara floribus redimita . . . aut fagus pellibus coronata.*

Attendas animum ad verba *pellibus coronata*; similiter Arnob. adv. nat. V 16 (infra statim haec verba exscribam) *lanarum vellera* et *volucra mollium velamenta lanarum* nominat. Id igitur, quod saepius vidimus, habuisse eandem vim vellera, lanam, taenias, etiam in his ritibus valet. Statius Thebais II 737 sq.:

> ab arbore casta
> nectent purpureas niveo discrimine[2] vittas;

ad hoc Lactantius: *Castam arborem dicit, id est in qua purpureis nexibus omnia supra dicta* (sc. *omnium frugum pomorumque primitiae*) *pendebant*; *quae tamen interiectis duobus pedibus candida fila discriminabant.*

Philostrat. imag. 858 (Kayser *Γ* 387): *Δωδώνη. . . . στέμματα δ' ἀνῆπται τῆς δρυός,* (scilicet Iovis quercus).

Ovid. Metam. VIII 733 sqq. (agitur de arbore Cereris):

> stabat in his ingens annoso robore quercus,
> una nemus; vittae mediam memoresque tabellae
> sertaque cingebant, voti argumenta potentis.

Arnobius, adv. nat. V 16 (agitur de cultu Attidis, in quo arbor quaedam sacra adhibebatur; cf. Mannhardt II 293[3];

[1] Hae infulae alligantur ad arborem non *als Votivgeschenke, sondern der heiligen Weihe halber . . ., um ihn zum Agalma zu machen und als Gegenstand der Anbetung zu zeigen* Boetticher 101. Idem dicit Hock l. c. 19: *Der Schmuck, welcher den Baum zu einem heiligen macht, bestand . . . vor allem wieder in Kränzen und Binden.*

[2] Cf. supra 7[2].

H. Hepding *Attis, seine Mythen und sein Kult, Rel.gesch. Vers. Vorarb.*, Gießen 1903, I 150): *Quid enim sibi vult illa pinus, quam semper statutis diebus in deum matris intromittitis sanctuario? nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens manus et infelix adulescentulus intulit et quam genetrix divum in solatium sui vulneris consecravit? quid lanarum vellera quibus arboris conligatis et circumvolvitis stipitem? nonne illarum repetitio lanarum est, quibus Ia deficientem contexit et teporis aliquid rata est se posse membris conciliare frigentibus? quid compti violaceis coronis et redimiti arboris ramuli? nonne illud indicant, uti mater primigeniis floribus adornaverit pinum . . .? Quid coronae, quid violae? quid volucra mollium velamenta lanarum?* Ibid. I 39: *Venerabar, o caecitas, nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos et ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus taenias.*

Arbores sacris infulis exornatae nonnullis picturis demonstrantur, quas invenies apud Boetticherum; cf. fig. 1, 2, 5, 11, 12, 26, 33, 47, 48. Sub his arboribus saepe signum dei vel deae alicuius vel arula statuebatur; quo modo sacella vel aedicula arborum (sic ea nominantur a Boettichero) orta sunt, quorum nonnulla Boetticher in fine libri picturis repetivit[1]; pulcherrimae sunt picturae no. 5 (*rote, wollene Binden in Form von Perlschnüren* (*Astragalen*) *geknotet*), 12, 19, 26, 34, 36a; cf. Dar.-Sagl. I fig. 445; Millin-Reinach, *Peintures des vases* II 68; Furtwängler *Gemmen* II 255. Multa exempla alia affert Hock 22. Qua ratione homines diis instrumenta et utensilia, ad sacras arbores ea alligantes, dicaverint et consecraverint, demonstratur apud Gerhardum *Ant. Bildwerke* tab. 83: venator pharetram et hastam, quae infulis ornatae et coniunctae sunt, dedicat deo; huius rei similia nonnullis apud Boetticherum picturis ostenduntur (p. 77 ibid.: *Daß man solche Gegenstände, die an dem Baume befestigt waren, nicht allein mit heiligen Binden anheftete, sondern auch, wenn sie nur neben dem Stamme aufgestellt wurden, durch Umwindung von Tänien konsekrierte, versteht sich von selbst, wenn sie auch zuweilen als selbstverständ-*

[1] Illa scilicet aetate orta, quam hellenisticam vulgo appellare consuevimus.

lich in den Bildwerken übergangen erscheinen). Cf. Schreiber *Hell. Rel.-Bilder* no. 5, 55, 68.

Cultus arboris in antiquitate maxime notus erat εἰρεσιώνη (quod vocabulum referre licet ad vocabula εἶρος, ἔριον). Scripserunt de eiresiona inter alios viri doctissimi Boetticher l. c. 393 sqq.; Mannhardt II 216 sqq.; Aug. Mommsen *Feste d. St. Athen.* 57, 279 sqq. et alibi; A. Dieterich *Sommertag* l. c. 82 sqq.; Kern [1] PW, V [2] s. v. *Eiresione* 2135 sq.; Usener *Götternamen* 284; Nilsson l. c. 116; 182.

De ritu eiresionae ab antiquis scriptoribus tam dilucide certiores facti sumus, ut liceat, ipsis scriptorum verbis omnes ritus comprehendere. Etiam hic videbimus pro infulis et stemmatibus lanam adhiberi.

Schol. Arist. equ. 722: „*τὴν εἰρεσιώνην μου κατασπαράξατε*“. *Κλάδος ἐλαίας ἐρίοις πεπλεγμένοις ἀναδεδεμένος· ἐξήρτηντο δὲ αὐτοῦ ὡραῖα πάντα ἀκρόδρυα. πρὸ δὲ τῶν θυρῶν ἱστᾶσιν αὐτὴν εἰσέτι καὶ νῦν. . . . . Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι* [2]. *φέρουσι δὲ οἱ παῖδες τούς τε θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημένους, ὅθεν εἰρεσιῶναι λέγονται, καὶ τούτους πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσιν. ἐξήρτηντο δὲ τῶν θαλλῶν αἱ ὧραι.*

Schol. Arist. plut. 1054: *Εἰρεσιώνη στέμματα πρὸ τῶν πυλῶν περιειλημένα πλακουντικοῖς τισι κολλύροις καὶ ἄλλοις τοιουτοτρόποις τοῖς τε ὡραίοις καρποῖς καὶ ἐλαίας ἀποκρεμάμενα. . . . θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων συμπεπλεγμένος· ἐξήρτητο δὲ αὐτοῦ τὰ ὡραῖα πάντα.*

Suid. s. v. εἰρεσιώνη· *θαλλὸς ἐλαίας, ἐστεμμένος ἐρίοις καὶ προκρεμαμένους ἔχων παντοδαποὺς τῶν ἐκ γῆς καρπῶν. τοῦτον δὲ ἐκφέρει παῖς ἀμφιθαλής, καὶ τίθησι πρὸ τῆς θύρας*

[1] Recte hic dixit: *Was die Bedeutung der Eiresione angeht, so ist wohl richtig, wenn sie Boetticher für einen Bittzweig und Erntekranz zugleich hält. Der feierlich unter dem Singen eines Liedes herumgetragene Baumzweig* (cf. Mannhardt II 224 [1]) . . . *spricht den Göttern den Dank für die gute Ernte aus und bittet sie zugleich, Seuchen, Hungersnot und andere Pein von den Menschen fernzuhalten.*

[2] De hac re cf. Pfuhl, De Atheniensium pompis sacris 86 sqq., quem A. Dieterich *Sommertag* 100 [1] sequitur: *Der Sonne und den Horen galten private Prozessionen; die offizielle Prozession der Thargelien und Pyanopsien galt dem Apollon.*

τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ τοῖς Πυανεψίοις. . . . μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἔξω τῶν ἀγρῶν τιθέασι παρ' αὐτὰς τὰς θύρας. Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν, θαλλόν φησι καταστέψαντας ἐρίοις ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι. . . . (cf. Eustath. ad Il. XXII 1283, 6).

Schol. Clem. Alex. Protr. p. 9, 33 (Stählin, Clem. Alex. I, Lpzg. 1905): „ἐρίῳ" · τὴν λεγομένην εἰρεσιώνην φησίν, ἣν οὕτω περιειλοῦντες ἐρίοις καὶ ταινίαις ὑφασμάτων λινέων — ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς Μορίας ἐλαίας — καὶ ἀκροδρύοις παντοίοις περιαρτῶντες, ἀνῆγον εἰς Ἀκρόπολιν τῇ Πολιάδι Ἀθηναῖοι Παναθήναια, οὕτως εὐφημοῦντες: εἰρεσιώνη σῦκα φέρει κτλ. (cf. Mannhardt II 257 [2]).

Etym. M. 303, 18 sqq.: Εἰρεσιώνη· Εὐμεγέθης . . . κλάδος ἐξ ἐρίων ἔχων στέμματα, κλῶνας καὶ ἰσχάδας καὶ τῶν καθαρῶν ἀκροδρύων ὁρμάθους. Ἢ θάλλος ἐστὶν ἐλαίας πάντας τοὺς[1] καρποὺς ἔχον ἀπηρτημένους καὶ στέμμα λευκὸν καὶ φοινικοῦν. Καταχύσματα δὲ καὶ κύλικα οἴνου κεκραμένην καταχέοντες αὐτῆς ἐπιλέγουσιν κτλ.

Apud Photium ed. Bekker 321 daphnephoriae descriptionem invenies hanc: Ξύλον ἐλαίας καταστέφουσι δάφναις καὶ ποικίλοις ἄνθεσι, καὶ ἐπ' ἄκρου μὲν χαλκῆ ἐφαρμόζεται σφαῖρα, ἐκ δὲ ταύτης μικροτέρας ἐξαρτῶσι· κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ξύλου περιθέντες ἐλάσσονα τῆς ἐπ' ἄκρῳ σφαίρας καθάπτουσι πορφυρᾶ στέμματα[2]. τὰ δὲ τελευταῖα τοῦ ξύλου περιστέλλουσι κροκωτῷ. βούλεται δ' αὐτοῖς ἡ μὲν ἀνωτάτω σφαῖρα τὸν ἥλιον, ᾧ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα φέρουσιν, ἡ δὲ ὑποκειμένη τὴν σελήνην, τὰ δὲ προσηρτημένα τῶν σφαιρίων ἄστρα τε καὶ ἀστέρας, τὰ δέ γε στέμματα τὸν ἐνιαύσιον δρόμον· καί γε καὶ τξε' ποιοῦσι αὐτά. ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφορίας παῖς ἀμφιθαλὴς[3] καὶ ὁ μάλιστα αὐτῷ οἰκεῖος βαστάζει τὸ κατεστεμμένον ξύλον, ὃ κωπὼ καλοῦσιν· αὐτὸς δὲ ὁ δαφνηφόρος ἑπόμενος τῆς δάφνης ἐφάπτεται, τὰς μὲν κόμας καθειμένος, χρυσοῦν δὲ στέφανον φέρων καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα ποδήρη ἐστολισμένος ἰφικρατίδας τε ὑπο-

[1] *Παντοδαποὺς* coni. Boetticher. [2] Cf. Hock 39 adn.

[3] Hunc puerum Hauser in effigie, quam protulit in dissertatione, quae inscribitur *Beim Erntefest*, *Philol.* LIV (1895) 385 sqq., depictum esse putat; qui puer corona et vitta ornatus magnum ramum manibus tenet.

δεδεμένος· ᾧ χορὸς παρθένων ἑπακολουθεῖ προτείνων κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν τῶν ὕμνων· παρέπεμπον δὲ τὴν δαφνηφορίαν εἰς Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου καὶ χαλαζίου. Cf. schol. Clem. Alex. Protr. I § 10, Stählin 198sq.; Preller-Robert *Griech. Myth.* I⁴ 288, 1.

Eurip. suppl. v. 258sqq.:

> *Ἀλλ' ὦ γεραιαί, στείχετε γλανκὴν χλόην*
> *αὐτοῦ λιποῦσαι, φυλλάδος καταστεφῆ,*
> *θεούς τε καὶ γῆν τήν τε πυρφόρον θεὰν*
> *Δήμητρα θέμεναι μάρτυρ' ἡλίου τε φῶς*
> *ὡς οὐδὲν ἡμῖν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν.*

Alciphro III 37 (II 35 Schepers, Lpzg. 1905): *Εἰρεσιώνην ἐξ ἀνθῶν πλέξασα ἦειν εἰς Ἑρμαφροδίτου, τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναθήσουσα* (cf. Lobeck, Agl. 1007).

Ἱκετηρίαν nihil aliud esse quam *εἰρεσιώνην* verbis, quae supra commemoravi, demonstrari existimo. Haud scio, an eo, quod sollemni pompa *εἰρεσιώνη* gerebatur, evenerit, ut *εἰρεσιώνη* facta sit *ἱκετηρία*; verisimile autem est, hoc ea causa evenisse, quod *εἰρεσιώνη* lana, infulis, stemmatibus necteretur et devinciretur (cf. p. 36[1] et 40). Lana enim erat in vestitu supplicantium.

Hoc, quod in ornatu supplicantium lana erat, explicatur ritus, quem enarravit Anonymus Bekkeri, Anecd. Gr. I 305, v. 25: *Σταφυλοδρόμοι· κατὰ τὴν τῶν Καρνείων ἑορτὴν στέμματα τις περιθέμενος τρέχει ἐπευχόμενός τι τῇ πόλει χρηστόν· ἐπιδιώκουσι δὲ αὐτὸν νέοι σταφυλοδρόμοι καλούμενοι. καὶ ἐὰν μὲν καταλάβωσιν αὐτόν, ἀγαθόν τι προσδοκῶσιν κατὰ τὰ ἐπιχώρια τῇ πόλει, εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.*

Chryses Apollinis sacerdos venit ad Agamemnona precatum, ut reddat sibi filiam; Il. A 14:

> *Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος*
> *χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.*

Cf. A 28.

Ovid. a. a. II 399sqq. idem narravit:

> dum fuit Atrides una contentus, et illa
> casta fuit, vitio est improba facta viri.
> audierat laurumque manu vittasque ferentem
> pro nata Chrysen non valuisse sua.

Apud Homerum igitur Chryses nihil nisi *στέμμα*[1] sceptro implicatum habet; Ovidius ramum laureum, qui sicut stemma signum est supplicantium, addidit. Et hoc et illud saepius adhibitum esse in sequentibus videbimus.

Aesch. Choeph. 1030 sqq. (Orestes dicit):

> *καὶ νῦν ὁρᾶτέ μ', ὡς παρεσκευασμένος*
> *ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι*
> *μεσόμφαλον.*

Polybius XVI 36, 5: *Ἐβουλεύσαντο γὰρ τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ζωγρεῖν, ἅμα δὲ τῷ φωτὶ τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ἐκπέμπειν μετὰ στεμμάτων πρὸς τὸν Φίλιππον, δεησομένους καὶ παραδιδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν.*

In supplicationibus Romanorum matronae vittas gessisse videntur; sic enim interpretandos esse puto versus Horatii carm. III 14, 5 sqq.:

> unico gaudens mulier marito
> prodeat iustis operata divis,
> et soror clari ducis et decorae
> supplice vitta
> virginum matres iuvenumque nuper
> sospitum.

Livius XXIV 30, 14: *Quos ubi ex signis armorumque habitu cognovere, Hippocrates atque Epicydes ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent sese, receptos tutarentur, . .*

Id. XXV 25, 6: *Legati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur.*

---

[1] *Στέμμα* aetate maiorem esse quam coronam ex fronde vel foliis compositam docuit Boetticher *Baumk.* 222. Posterioribus temporibus vittam cum corona laurea persaepe conexam fuisse multis locis scriptorum demonstratur; cf. Bekker, Anecd. Gr. 308, 2 s. v. *ταινία· στέφανος δάφνης ἐρίῳ δεδεμένος.* Haud scio, an antiquissima sit imago stemmatis anuli aurei Mycenis inventi (Evans *Myc. Tree and Pillar Cult* 159, fig. 39); cf. gemmam Mycenaeam (Furtwängler *Gemmen*, tab. II 42); compluria exempla affert Hock l. c. 10 sq. In nummis Cataniae urbis taeniam fictam videmus; cf. *Brit. Mus. Cat. of coins, Sicily* 41 sq.

Id. XXIX 16, 6: *Decem legati Locrensium, obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus consulibus velamenta supplicum ramos oleae, ut Graecis mos est*[1], *porgentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.*

Id. XXX 36, 4: *Haud procul aberat, cum velata infulis ramisque oleae Carthaginiensium occurrit navis. Decem legati erant, principes civitatis, auctore Hannibale, missi ad petendam pacem. Qui cum ad puppim praetoriae navis accessissent velamenta supplicum porrigentes, orantes implorantesque fidem ac misericordiam Scipionis.*

Id. XXXVI 20, 1: *Consule per Phocidem et Boeotiam exercitum ducente consciae defectionis civitates cum velamentis ante portas stabant metu, ne hostiliter diriperentur.*

Tacit. hist. I 66: *His et pluribus in eundem modum perpulerant, ut ne legati quidem ac duces partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur, cum haud ignari discriminis sui Viennenses velamenta*[2] *et infulas praeferentes, ubi agmen incesserat, arma genua vestigia prensando flexere militum animos.*

Hesych. s. v. *στεφέτην ⟨-ίτην⟩· ἱκέτην.* Cf. victoris orantis Nemeaei picturam (*Rev. arch.*, 1903 II tab. 15), de qua dicit Hock 113: *Die langen geknoteten Binden treten mit den Händen in Verbindung, nicht mit dem Kopfe*; sunt igitur hae infulae et nodi signa precationis et supplicum, non stemma victoris. Herculem manibus sublatis tenentem infulam nodosam ostendit pictura: *Compte-Rendu* 1876 tab. V 1.

In omnibus his locis vidimus, lanam et ramos oleae, siquidem hi adhibebantur, seiunctos fuisse. Eandem autem vim habet lana ramis oleae vel laureae alligata[3], atque tales rami *ἱκετηρίαι* nominabantur. Secundum Plutarchum ramos infulatos primum quidem portaverunt Athenienses, ut liberarentur a servitute Cretensium; deinde eosdem ramos portaverunt liberati gratias agendi causa; cf. Plut. Thes. 18: *Γενομένου δὲ τοῦ*

---

[1] Hic ritus igitur Romanorum non erat.

[2] Velamenta haec sunt infulae circa manus redimitae; cf. Weißenborn ad istos Livii locos.

[3] *Der Zweig und Kranz ist . . . auf das engste verwandt mit der Wollbinde und wird meistens durch die letztere in seiner sakralen Bedeutung verstärkt und ergänzt.* Hock 115.

κλήρου παραλαβὼν τοὺς λαχόντας ὁ Θησεὺς ἐκ τοῦ πρυτανείου καὶ παρελθὼν εἰς Δελφίνιον, ἔθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἱκετηρίαν· ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ἐρίῳ λευκῷ ἐστεμμένος. εὐξάμενος δὲ κατέβαινεν ἕκτῃ μηνὸς ἐπὶ Θάλασσαν ἱσταμένου Μουνυχιῶνος, ἢ καὶ νῦν ἔτι τὰς κόρας πέμπουσιν ἱλασομένας εἰς Δελφίνιον.

Ibid. cap. 22: Τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεστεμμένον, ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν, παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων διὰ τὸ λῆξαι τὴν ἀφορίαν, ἐπᾴδοντες: Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει κτλ.

Plutarchus igitur existimat, haud interesse inter ἱκετηρίαν et εἰρεσιώνην. Quod sane rectum est; falsum autem esse mihi videtur, ritum εἰρεσιώνης effluxisse ex ritu ἱκετηρίας. Ex contrario enim rem se habere probavit Boetticher, qui dicit (*Baumk.* 393) fuisse εἰρεσιώνην *ein Fruchtbaum, den man mit den angeknüpften Früchten teils als Dank- und Liebesopfer der Gottheit weihte, die den Natursegen verliehen hatte, teils als weihendes Bittopfer vor deren Tempeltüre niederlegte, um die Gottheit zu bewegen, Unfruchtbarkeit, Hunger, Not und böse Krankheiten von Land und Menschen abzuwenden und solchen Erdensegen, wie der, womit der Bittzweig behangen war, fernerhin zu gewähren.* His ultimis verbis hoc quoque dictum est, quid sit ἱκετηρία: est enim εἰρεσιώνη, quae ab petentibus aliquid portatur. Optime ad hanc opinionem convenit, quod versus isti Homerici (Baumeister, Hymni Homerici, Lipsiae 1906, 90), qui a beneficia frugum aliarumque rerum petentibus canebantur, εἰρεσιώνη inscripti sunt, non ἱκετηρία.

Ramos oleae infulis exornatos liberi Thebani manibus tenent, cum ad Oedipum regem veniunt auxilium postulatum Soph. Oed. R. 1—3:

> Ὦ τέκνα Κάδμου, τοῦ πάλαι νέα τροφή,
> τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε
> ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;

ibid. 19 sqq.:

> τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
> ἀγοραῖσι θακεῖ πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
> ναοῖς ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.

Ad hoc Suidas s. v. *ἐξεστεμμένοι . . . στέμμα δέ ἐστι τὸ προσειλημένον ἔριον τῷ θαλλῷ.*

Aesch. Suppl. 19 sq.:

σὺν τοῖσδ' ἱκετῶν ἐγχειριδίοις
ἐριοστέπτοισι κλάδοισιν;

ibid. 177 sqq.:

ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ λευκοστεφεῖς
ἱκτηρίας, ἀγάλματ' αἰδοίου Διός,
σεμνῶς ἔχουσαι διὰ χερῶν εὐωνύμων
αἰδοῖα καὶ γοεδνὰ καὶ ζαχρεῖ' ἔπη
ξένους ἀμείβεσθ(ε).

ibid. 335 sq.:

τί φῆς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν,
λευκοστεφεῖς ἔχουσα νεοδρέπτους κλάδους;

Aesch. Eum. 40 sqq. (agitur de Oreste):

ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ
ἕδραν ἔχοντα προστρόπαιον, αἵματι
στάζοντα χεῖρας καὶ νεοσπαδὲς ξίφος
ἔχοντ' ἐλάας δ' ὑψιγέννητον κλάδον,
λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον
ἀργῆτι μαλλῷ.

In comoedia prologus prodibat tamquam legatus a poeta missus, ut benevolentiam spectatores rogaret; ornatus eius *bestand wohl aus einem Stab oder Öl-(Lorbeer-)zweig mit Bändern.* Hauler ad Terent. Phorm. 1; cf. picturas codicum Terentii; v. Terentii cod. Ambros. ed. Bethe, Leiden 1903, 50^{v}; Weston in *Harvard Stud.* XIV, plate 8; Wieseler l. c. tab. X 8.

Dedicabant quoque diis *ἱκετηρίαν* saepe homines, cum aliquid ab iis expetere vellent; cf. Alciph. III 37; Oldenberg l. c. 342.

Ramum oleae infulatum in nonnullis nummis effictum videmus; v. *Brit.-mus. catal. of coins, Caria,* tab. II 7; ibid.: *Troas* etc., tab. XXVII 1—6; Head *Guide to the coins,* tab. 49, no. 15; Raoul-Rochette *Mon. inéd.* tab. 35; *Brit. Mus. Catal. of vas.* IV tab. XIII; Baumeister II fig. 1124 et 1315 (qua effigie versus illi Aeschyli Eum. 40 sqq. supra commemorati,

ut ita dicam, imagine propemodum exprimuntur); Müller-Wieseler *Denkm. d. alt. Kunst*, tab. XII fig. 136.

Ut templa, statuae, arbores, ita omnia, quae deorum sacra et propria et iis consecrata putabantur, infulis sacris exornabantur. Pauca enumerabo.

Fontes infulis consecrantur; cf. Furtwängler *Gemmen*, tab. VII 8 et III 86; Urlichs *Verzeichnis der Antiken-Sammlung von Würzburg* III 131, 136, 143. Hock 31 nonnullas tabulas, quae Monaci sunt, n. 116, 120, 122 commemorat, in quibus feminae et virgines fictae sunt, quae infulas et coronas portantes accedunt, ut fontem exornent.

De consecratione aliqua in domo facta narrat Athenaeus (secundum exegeticum Anticlidis) XI 473 b: *Καδίσκος ... ἀγγεῖον δ' ἐστίν, ἐν ᾧ τοὺς κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσι, ὡς Ἀντικλείδης φησὶν ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ γράφων οὕτως* (fr. 13 M)· *Διὸς κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ᾧδε· καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα στέψαι τὰ*[1] *ὦτα ἐρίῳ λευκῷ καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ καὶ ἐκ τοῦ μετώπου ... τοῦ κροκίου*[2]*, καὶ ἐσθεῖναι ὅ τι ἂν εὕρῃς καὶ εἰσχέαι*[3] *ἀμβροσίαν· ἡ δ' ἀμβροσία ὕδωρ ἀκραιφνές, ἔλαιον, παγκαρπία· ἅπερ ἔμβαλε'*. Cf. A. Tresp *Scriptorum de rebus sacris Atticis fragmenta* (diss. Regimont. 1910) 33 sqq.

Minervae hasta infula redimita est; cf. *Brit. Mus. Catal. of Gr. coins, Troas* etc., tab. XI 6, 7; hac re hasta declaratur propria et sacra Minervae.

Mercurii *κηρύκειον* infulatum est: cf. *Wien. Vorlegbl.* 1890/91, tab. X; Head *Hist. num.* 81.

Bacchi insigne est thyrsus[4], qui plerumque infulis circumligatus est; cf. Millin-Reinach II 7, 21, 67; *Brit. Mus. Cat. of gr. coins, Pontus*, tab. III 7—9; Tischbein *Vas.* I 41—45; II 37; IV 36; Baumeister II fig. 848 (in hac ultima pictura optime cognosci potest, quam vulgatae fuerint infulae et vittae: Hercules vittis in capite et infulis circa pectus circumdatus est; Bacchae cum vittis in capite, satyri cum infulis circa

[1] *στέψαι τὰ* Jacobs: *στέψαντα* A.

[2] *μετώπου δουμένων κροκῶν* coni. Wolff.

[3] *ἐκχέαι*: Wolff, Porphyrii de philos. ex orac. haur. rel. 207.

[4] Cf. F. G. von Papen *Der Thyrsos in der griechischen und römischen Literatur und Kunst* (Diss. Berl. 1905); cf. infra 69 sq.

femora et artus pedum et manuum et pectora depicti sunt), 933, 1396; Th. Schreiber *Hell. Rel.-Bilder*, variis locis; Furtwängler *Gemmen*, tab. XVII 38, 39; Farnell *Cults of the Greek St.* V, pl. XLI, LVIII (= Conforti *Le musée National de Naples*, tab. 96): videmus Bacchum coronatum, thyrsum infulatum manu tenentem, sedentem in throno; post thronum columnam obtunsam videmus, quae in superiore parte infulis circumplicata est; Harrison, l. c. 361 fig. 109; *Monum. dell' Inst. Supplem.* tab. XXXIV—XXXVI; Lübke-Semrau *Kunst d. Altertums* fig. 569.

Iovis fulmini infulam affixam videmus in nummis Asiaticis (ex imperii Romani temporibus); *Brit. Mus. Cat. of coins, Galatia*, tab. XXXIII 1.

Cereris facem infulatam videmus apud Müll.-Wies., l. c. tab. VIII, fig. 90.

De clavibus templorum infulatis cf. Diels *Parmenides*, 124 sqq. et 146.

Thynnus Cyzicenus infula ornatus est, *Brit. Mus. Cat. of coins, Mysia*, tab. III no. 20; Philostrat. vit. Apoll. V 42. Qua ex re elucet, hunc thynnum sacrum fuisse.

Navis quoque sacra, quae in Delum insulam navigabat, infulis consecrabatur; Plat. Phaed. 58 c: *Ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῆς θεωρίας ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου.*

Domus, in quibus dies festus atque religiosus habebatur, vel in quibus sacerdotes habitabant, infulis vestiebatur. Lucian. *Ἑταιρ. διάλ.* 2, 3 (nuptiae in domo aliqua celebrantur): *Εἰ δ' ἀπιστοίην, ἠξίου με παρακύψασαν ἐς τὸν στενωπὸν ὑμῶν ἰδεῖν πάντα κατεστεμμένα καὶ αὐλητρίδας καὶ θόρυβον καὶ ὑμέναιον ᾄδοντάς τινας*; ibid. 2, 4: ... *τὴν θύραν, ποτέρα ἐστὶν ἡ κατεστεμμένη* [1].

Prudent. Peristeph. IV 79:

Hic sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Ad hoc schol.: *Valeriorum, episcopi erant.* Migne, vol. 60, pag. 367.

[1] Etiam nunc in nonnullis patriae nostrae provinciis, imprimis in Rhenania, ianua domus, in qua nuptiae aguntur, festis infulis discoloribus, quae plerumque ex chartis factae sunt, exornantur; prioribus temporibus fuisse eas laneas existimo.

Crateres saepius infulis ornatos videmus; Suidas s. v. *ἐπιστεφέας κρατῆρας ὑπερχειλεῖς· οὕτως γὰρ ἐποίουν οἱ παλαιοί, πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι.* Soph. Oed. Col. 472 sqq.:

Chor.: *κρατῆρες εἰσίν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη,*
ὧν κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους.
Oed.: *θαλλοῖσιν ἢ κρόκαισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;*
Chor.: *οἰὸς νεώρους νεοπόκῳ μαλλῷ λαβών.*

Cf. *Berl. Mus.* l. c. no. 1364; Baumeister I fig. 120; Schreiber *Hell. Rel.* n. 62, in quibus imaginibus vasa infulata depicta sunt. Cf. amphoram Berolinensem, no. 1690; Adamek *Unsignierte Vasen des Amasis* 33; Baumeister I fig. 164.

Fiscina quoque illa sacrificalis, quam supra p. 27 commemoravi, infulis videtur exornata fuisse[1]. Procl. ad Hes. op. et d. 767: *δαφνηφοροῦντες καὶ τὸ κανοῦν ἐπιστέφοντες*[2] *καὶ ὑμνοῦντες τὸν θεόν.*

Tripus, quem fuisse Apollinis sacrum intelleximus (supra 32), praemium quoque erat in certaminibus chororum ab singulis gentibus, quae Graece nominantur *φυλαί*, Dionysiis et Thargeliis factis. Gens victrix hunc tripodem in templo Dionysi vel Apollinis, posteris temporibus in 'via tripodum', collocabat et infulis consecrabat. In effigiebus saepe Victoriam cognoscimus, quae est loco gentis victricis, consecrantem infulis tripodem; cf. cantharum Monacensem no. 1122, quem descripsit Hock 101; Reisch *Griech. Weihegeschenke* 63 sqq.; Friedrichs-Wolters *Gipsabgüsse* 423[3].

Taciti denique verba de restituto post incendium Capitolio proferam, *hist.* IV 53: *Undecimum Kalendas Iulias serena luce spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque; ingressi milites, quis fausta nomina, felicibus ramis; dein virgines Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque aqua e fontibus omnibusque hausta perluere. tum Helvidius Priscus praetor, praeeunte Plautio Aeliano pontifice, lustrata suovetau-*

[1] Has infulas discernas ab iis, quae sacrificabantur et in loco *ἀπαρχῆς* erant; cf. 27 et 32.

[2] *ἀποστρέφοντες* mss.; *ἐπιστέφοντες* Scaliger.

[3] Ibidem et apud Hockium 101 sqq. compluria eiusdem rei exempla afferuntur.

rilibus[1] *area et super caespitem redditis extis, Iovem, Iunonem, Minervam praesidesque imperii deos precatus, ut coepta prosperarent sedesque suas pietate hominum inchoatas divina ope attollerent, vittas, quis ligatus innexique funes erant, contigit; simul ceteri magistratus et sacerdotes et senatus et eques et magna pars populi, studio laetitiaque conixi, saxum ingens traxere.*

Ex his verbis optime cognosci potest, quomodo consecratio facta sit.

Lanam, cum esset maiore vetustate et praeter alios vestitus ab hominibus coleretur, adhibitam esse intelleximus in vestitu sacerdotum et omnium fere hominum, qui sollemni officio fungebantur; hi quidem plerumque ii sunt, qui in summis honoribus erant et propter dignitatem ab omnibus magni aestimantur. Quibus de causis factum est, ut lana fieret commune honoris et dignitatis insigne. Quod iam singulis locis allatis probabo.

Apud antiquos Graecos *στέμμα* est ornamentum deorum (dii *χθόνιοι* raro vittam habent; cf. Statius Theb. VII 734, quem locum infra p. 71 exscribam), atque tam saepe invenitur, ut nihil attineat, omnia enumerare. Unum attulisse sufficiat; cf. Empedoclem, Cath. frg. 112 (Diels *Vorsokratiker*, Berlin 1903), 4 sqq.:

ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικα,
ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.

Nonnulla tamen alia exempla afferam, quae aliqua causa conspicua sunt. Iuppiter, qui Ludovisi cognominatur, et Apollo, cui cognomen est Belvedere, stemma habent non capiti circumplicatum neque alligatum extremis partibus, sed iacens in primis capillis; cf. Furtwängler *Meisterwerke* 663 a. 5, quo loco compluria huius stemmatum generis exempla allata sunt. Formae omnino vittarum sunt permultae et maxime variae, quas omnes enumerare et explicare non necesse est; nonnullas exempli causa notabo, quae doceant, quam variae sint formae et figurae vittarum. Baumeister II fig. 919; Th. Schreiber *Hell. Rel.* tab. 39 (Dionysus vittam in manu tenet). Per-

[1] Cf. A. v. Domaszewski *Abh. z. röm. Rel.* 16 sqq.

multae deorum et dearum statuae, quae vittas ostendunt, depictae sunt in libro, qui inscribitur: *Beschreibung der antiken Skulpturen mit Ausschluß der pergamenischen Fundstücke. Königl. Museen zu Berlin*, 1891; quorum has afferam: Iovis Ammonis 9, 10; Veneris 37, 40; Apollinis 51; Bacchi 85, 89, 93, 103—136; Heraclis 185—187, 189, 191; Martis (?) 210, 211; Satyri 260, 268; Amoris 902. Cf. Baumeister II fig. 1230; *Brit. Mus. Cat. E* 440 (= *Mon. dell' Inst.* I tab. 8; Harrison l. c. 637, fig. 172); Wieseler *Theatergeb. u. Denkm.* tab. V, imprimis n. 16 (ad hoc Millin 42); Heydemann *Catal.* no. 2846; *Mus. Borbon.* XII 9 (= Harrison 209, fig. 43; Otto Crusius *Festschrift für Overbeck* 102).

Bacchi propria erat *μίτρα*[1]; cf. Diodorum IV 4, 4: *Πρὸς δὲ τὰς ἐκ τοῦ πλεονάζοντος τοῖς πίνουσι γινομένας διαθέσθαι λέγουσιν αὐτὸν μίτρᾳ τὴν κεφαλήν, ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ μιτροφόρον ὀνομάζεσθαι· ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς μίτρας ὕστερον παρὰ τοῖς βασιλεῦσι καταδεχθῆναι τὸ διάδημά φασι*[2].

Excogitasse quoque et invenisse mitram Bacchus traditur[3]. Iam eo, quod mitra non est vestitus Graecus, Bacchum principio Graecum deum non fuisse confirmatur. Mitra et infula et vitta in cultu Bacchi pervulgatae sunt[4].

Athenaeus V 198[d] verba facit de sollemni pompa, in qua statua Bacchi magnifice exornata curru vehitur: *Περιέκειτο δ' αὐτῷ καὶ σκιὰς ἐκ κισσοῦ καὶ ἀμπέλου καὶ τῆς λοιπῆς ὀπώρας*

---

[1] Laneam fuisse mitram ex Pind. Isth. V 69, Ol. IX 124 (cf. infra 73) intellegitur.

[2] Haud scio, an hoc falso dictum sit (apud Dar.-Sagl. III[2] 1955 sq. s. v. 'Mitra' haec verba probantur); existimo enim diadema ex stemmate effluxisse (cf. supra 41 sq.), quippe cum diadema eandem simplicem formam principio habuerit ac stemma. Cf. quae disseruit Saglio in Dar.-Sagl. II[1] 119 sqq. s. v. *Diadema: Le bandeau ne fut considéré comme tel que fort tard, soit en Grèce, soit en Italie. Celui qui ceint le front des rois dans les peintures des vases et sur les autres monuments de l'art grec, est pour eux comme pour les autres personnages un simple ornement, un emblème de victoire ou celui des fonctions religieuses dont ils étaient revêtus.*

[3] Cf. Boetticher *Baumk.* 92.

[4] Earum in theatro usum iam cognovimus; cf. supra 53. — Haud scio, an haec mitra translata sit in ecclesiam catholicam; quem ritum in ecclesia vetustissimum esse dicit Martene I 354 A sqq.; erat mitra in vestitu paparum et episcoporum occidentalium; Martene I 355 D, 356 A, 357 D. Ex 355 D idem in ecclesia fuisse mitram et infulam concludi potest.

κεκοσμημένη, προσήρτηντο δὲ καὶ στέφανοι καὶ ταινίαι καὶ θύρσοι καὶ τύμπανα καὶ μίτραι πρόσωπά τε σατυρικὰ καὶ κωμικὰ καὶ τραγικά . . . 198b: εἶχε δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ θύρσον ἐστεμμένον μίτραις[1].

Verisimile est hoc mitrarum et vittarum in cultu Bacchi usu factum esse, ut ii, qui symposium vel convivium agere vellent, vittis se exornarent; cf. Plat. symp. 212e: . . . ἐστεφανωμένον αὐτὸν (sc. τὸν Ἀλκιβιάδην) κιττοῦ τέ τινι στεφάνῳ δασεῖ καὶ ἴῳ, καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πάνυ πολλάς. Etiam circa collum infulae gerebantur; Tibull. I 7, 52:

et capite et collo mollia serta gerat.

Cf. Kießling ad Hor. sat. II 3, 256; Baumeister III fig. 1800 (etiam tibicinae vittis et coronis ornatae sunt); II 793; Dar.-Sagl. III fig. 1988, 1989.

Ipsum quoque convivi locus infulis instruebatur (Boetticher *Baumk.* 91).

De arboribus mitris exornatis cf. Boetticher *Baumk.* 92 (fig. 14, 14a, 14b, 19, 42).

Ut stemmata et infulae (cf. supra 53), ita et mitrae in ornamenta sculpturae transierunt; cf. *Mus. Borb.* VII 62; XIV 14; Altmann l. c. multis locis.

Cum alii dii, tum Apollo vitta ornatus est. Nescio an omphali et tripodis cultu (cf. supra 30 sqq.) factum sit, ut infula in Apollinis cultu sicut ἀγρηνόν (cf. supra 32[2]) signum vatis factum sit; vestitus enim est apud antiquos vitta sacerdotum Apollinis[2] et vatum et poetarum.

Verg. Aen. VI 662 sqq.:

quique pii vates et Phoebo digna locuti, . . .
omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.

Praeter alios Cassandram infula coronatam fuisse legimus. Aesch. Ag. 1223 sq. Cassandra haec dicit:

[1] Cf. supra 111.

[2] Quamquam sacerdotum vittas supra 35 sqq. tractavi, tamen Apollinis sacerdotes, qui plerumque iidem vates sunt, excipiendos fuisse existimavi, cum ab ceteris distent horum vittae, quas non tam ad sacerdotum officium, quam ad Apollinem referri ipsis scriptorum verbis declaratur.

τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε
καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη:

Eurip. Troad. 256 sqq.:

ῥῖπτε, τέκνον, ζαθέους κλῆ-
δας καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδυ-
τῶν στεφέων ἱεροὺς στολμούς.

Ibid. 451 sq. Cassandra dicit:

ὦ στέφη τοῦ φιλτάτου μοι θεῶν, ἀγάλματ' εὖια
χαίρετ(ε).

De eadem verba facit Philostratus, imag. 828 (= II 356, 28 Kayser): *Ὡς ἀφέστηκε μὲν αὐτῆ μετὰ τοῦ πελέκεως Κλυταιμνήστρα μανικὸν βλέπουσα καὶ σεσοβημένη τὰς χαίτας καὶ τραχεῖα τὴν ὠλένην, αὐτὴ δὲ ... ὥρμηκε ... ῥιπτοῦσα ἀφ' αὑτῆς τὰ στέμματα καὶ οἷον περιβάλλουσα τῇ τέχνῃ αὐτόν, . . .*

Ut Cassandra (cf. Baumeister I fig. 800) sic etiam alii vates vittam habent. Panthus erat Troiae Apollinis sacerdos; Verg. Aen. II 319; etiam ille a Graecis interficitur; (cf. ibid. 429):

nec te tua plurima, Panthu,
labentem pietas nec Apollinis infula texit.

Branchus Apollinis vates fit corona et vitta, quibus deus eum condonavit: Statius, Theb. VIII 196; ibid. VII 734 sq. Lampus vates moriturus ad Apollinem dicit:

accipe commissum capiti decus, accipe laurus,
quas Erebo deferre nefas[1].

Amphiaraum vaticinatorem fuisse supra (p. 3 sq.) cognovimus; vittam eum gessisse commemoravit Stat. Theb. III 556 sqq.:

ergo manu vittas damnataque vertice serta
deripit, abiectaque inhonorus fronde sacerdos
inviso de monte redit.

Philostrat. imag. 802 (II 332, 14 Kayser): *Κελεύει δὲ ἡ γραφὴ βλέπειν ἐς μόνον τὸν Ἀμφιάρεων φεύγοντα κατὰ τῆς γῆς αὐτοῖς στέμμασι καὶ αὐτῇ δάφνῃ*[2].

[1] Cf. supra 68.

[2] Lauream fuisse arborem Apollinis apud omnes constat; cf. Anacreontea ed. Rose (Lpzg. 1890) XII 6; Athenaeum X 424[f].

De Mopso vate dixit Valerius Flaccus, Arg. I 207 sqq.:

ecce sacer totusque dei per litora Mopsus,
immanis visu vittamque comamque per auras
surgentem laurusque rotat.

Ibid. IV 547 sqq. (de Phineo vate):

ille ducem nec ferre preces nec dicere passus
amplius, hic demum vittas laurumque capessit
numina nota ciens.

Inter vates et poetas apud antiquos haud multum intererat; „ . . *egregium poetam vel, si hoc honorificentius est, praeclarissimum vatem* . ." dicit Tacitus; cf. Link, De vocis 'sanctus' usu pagano, Diss. Regimonti 1910. Et vates, qui *divino spiritu inflati futura prospiciebant*, et poetae a numinibus invasi habebantur[1]; cf. Tambornino, De ant. daem., 59 sqq. Mirum igitur non est, quod etiam poetae vittis coronati erant.

Plat. res publ. III 398 A: *Ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν τε καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενος ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν ὡς ἱερὸν . . ., ἀποπέμποιμεν τε εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες, . .*

Philostr. imag. 767 (II 299, 2 Kayser): *Εὐδοκιμοῦντες οὖν οἱ μῦθοι διὰ τὸν Ἴσωπον φοιτῶσιν ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ σοφοῦ ταινίαις αὐτὸν ἀναδήσοντες καὶ στεφανώσαντες αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνῳ.*

Sil. Ital. Pun. XIII 778 sqq. (de Homero):

atque hic, Elysio tendentem limite cernens
effigiem iuvenis, caste cui vitta ligabat
purpurea effusos per colla nitentia crines.

Cf. J. Six *Euphranor*, *Jahrb. d. archäol. Inst.* XXIV (1909) fig. 4, qua effigie Vergilium depictum videmus in crinibus magnam infulam habentem[2].

[1] Cf. Plat. Apol. Socr. 22 c, quo loco poetae nominantur *ἐνθουσιάζοντες ὥσπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοί.*

[2] Wieseler *Denkm. d. Bühnenwesens*, tab. IX fig. 4: *φλύαξ* in pisce sedet; *gewiß eine Parodie des Arion. . . . Die Tänia und der Kranz . . . würden zu dem Dithyrambendichter gut passen.*

Ut in poetarum, sic in aliorum hominum excellentium vestitu lanae usus erat. Summus honor, quem in Graecia *καλοὶ κἀγαθοί* adipisci poterant, erat victoria curriculi reportata; qui victores — neque alium honorem initio assequebantur — summo honore, stemmate, quod saepe cum corona foliorum coniunctum erat[1], donabantur.

Pindar. ed. W. Christ, Lipsiae 1896, lsth. V [IV] 62 sq.:

λάμβανέ οἱ στέφανον, φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν
καὶ πτερόεντα νέον σύμπεμψον ὕμνον.

Ad hoc schol. (Boeckh, Pindar II[1] 544): *Καὶ στέφανον μὲν τὸν ἐπίνικον λέγει, εὔμαλλον δὲ μίτραν τὴν ταινίαν τὴν ἐξ ἐρίου ξανθοῦ τοῖς στεφάνοις προσπλεκομένην.*

Pindar. Ol. IX 124 sq.:

προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον
τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις, ὅτ' ἀμφότεροι
κράτησαν
μίαν ἔργον ἀν' ἡμέραν.

Scholia habent *Λαμπρομάχου· μίτραισι δὲ ταῖς νίκαις· μίτραις· μίτραις νῦν τοῖς στεφάνοις καὶ ταῖς νίκαις, μίτρας γὰρ ἔνδοθεν τῶν στεφάνων καὶ διαδήματα ποικίλα εἰώθασι συνδεῖν. μίτραι κυρίως οἱ ἀπὸ φασκίων καὶ ὡραρίων γινόμενοι στέφανοι· ἐν καταχρήσει δὲ πᾶς στέφανος μίτρα λέγεται.*

Verg. Aen. V 268 sq.:

Iamque adeo donati omnes opibusque superbi
puniceis ibant evincta tempora taenis.

Athen., XIII 610[a]: *. . . τὸν δὲ νικήσαντα ταινιούμενον ὑπὸ τῶν φίλων καὶ πομπεύοντα.*

---

[1] *Nun muß man auch wissen, daß die Binden und Zweige, die der Sieger mit dem Kranze gewann, älter als der Kranz sind und vor dessen Einführung gegeben wurden.* Boetticher *Baumk.* 222. *Vor der Versetzung in die Alpheiosebene . . . bestand noch kein Kranz in Olympia, sondern die Tänie allein, und daher hielt das Erzbild der Hippodameia auf der Zielsäule des Hippodromus den Siegern die Tänie entgegen, daher reichte die Nike auf der Hand des Zeusbildes . . . den vor ihr zu kränzenden Siegern nicht den Kranz, sondern die Tänie.*" Boetticher *Baumk.* 331. Cf. statuam aurigae vitta coronati Delphis inventam. Lübke-Semrau l. c. fig. 308.

Ex verbis Nepotis, Alcib. VI 3 (infra p. 75) elucet, victores etiam perfundi infulis et coronis, qui ritus *φυλλοβολία* nominabatur; cf. Stephani *Compte Rend.* 1874, 208 sq.; Jüthner *Jahresh. d. Oesterr. archaeol. Inst.* I 43; schol. Eurip. Or. 574; Boeckh. in explicatione Pind. P. 9, 130.

Ex victorum circensium vestitu *στέμμα* et *ταινία* facta est insigne cuiusvis victoriae. Aristoph. ran. 391 sqq.:

> *. . . τῆς σῆς ἑορτῆς ἀξίως*
> *παίσαντα καὶ σκώψαντα νι-*
> *κήσαντα ταινιοῦσθαι.*

Plat. Symp. 212 e: *Ἀλκιβιάδην ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ εἰπεῖν· ἄνδρες, ἥκω ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ταινίας, ἵνα τὴν τοῦ σοφωτάτου καὶ καλλίστου κεφαλὴν ἀναδήσω* (i. e. Agathonis, qui tragoedia vicerat).

Xenoph. Conv. V 9: *Καὶ τῷ νικήσαντι μὴ ταινίας ἀλλὰ φιλήματα ἀναδήματα παρὰ τῶν κριτῶν γενέσθαι.*

In posteriore parte cippi gladiatoris (*Beschreibung d. antiken Skulpturen . . . Königl. Mus. z. Berlin*, fig. 794) videbis quattuor coronas, de quibus infulae dependent. In gemma quarti a. Chr. n. saeculi amphoram videmus, quam praemium fuisse victoris ex infula cognosci potest; cf. Furtwängler *Gemmen* tab. XIV n. 34. *Brit. Mus. cat. of coins, Galatia* II 14; XII 10; XXXVI 8, 12; Baumeister I 4, s. v. *Achilleus*: Achilles corpus Hectoris trahit; Victoria praevolat tenens palmam et coronam, de qua infulae dependent. Ibid. fig. 453 ita describitur: ... *der jugendliche Berggott . . . in der Hand eine Tänie als Zeichen seiner Gunst für die Ankömmlinge und ihren eben erkämpften Sieg.* Fig. 997 ludus effingitur: puella in sinistra parte sedens vincet; nam Amor ad eum advolat tenens infulam. F. Weege[1] imaginem militis repetivit, qui in summa hasta tropaeum et insigne victoris habet infulam; similem infulam in altera parte picturae invenies.

Vitta cum esset in Graecia ornatus virorum maxime cla-

[1] *Oskische Grabmalerei: Jahrb. d. deutsch. archäol. Inst.* XXIV (1909) 147, fig. 18; Percy Gardner *A new Pandora Vase. J. H. S.* XXI (1901) 1 (= Harrison l. c. 281 fig. 71).

rorum, fieri non poterat, quin decursu temporum honor fieret communis; ex ritu victorum circensium hunc morem processisse demonstratur compluribus locis scriptorum. Hoc vel inde cognoscitur, quod Alcibiades, cum liberasset Athenienses ab Lacedaemoniorum acerbitate et Athenas redisset, infulis sicut Olympiae victor superiniectus est; Nep. Alcib. cap. VI 3: *. . . omnes illum prosequebantur, et, id, quod numquam antea usu venerat nisi Olympiae victoribus, coronis laureis taeniisque vulgo donabatur* (cf. supra 74).

Plutarchus de Pericle, cum *ἐπιτάφιον λόγον* habuisset, verba fecit haec (Per. XXVIII 2): *Καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον.*

Thuc. IV 121: *Καὶ τὸν Βρασίδαν τά τ' ἄλλα καλῶς ἐδέξαντο καὶ δημοσίᾳ μεν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα, ἰδίᾳ δὲ ἐταινίουν τε καὶ προσέρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ.*

Eurip. El. 870 sqq.:

φέρ', οἷα δὴ ἔχω καὶ δόμοι κεύθουσί μου
κόμης ἀγάλματ' ἐξενέγκωμαι, φίλαι,
στέψω τ' ἀδελφοῦ κρᾶτα τοῦ νικηφόρου . . .

v. 880: *καλλίνικε, πατρὸς ἐκ νικηφόρου*
γεγώς, Ὀρέστα, τῆς ὑπ' Ἰλίῳ μάχης,
δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀνδήματα·
ἥκεις γὰρ οὐκ ἀχρεῖον ἔκπλεθρον δρομὼν
ἀγῶν' ἐς οἴκους, ἀλλὰ πολέμιον κτανὼν
Αἴγισθον, ὃς σὸν πατέρα κἀμὸν ὤλεσε.

Eudocia Augusta, De martyriis sancti Cypriani II 231 sqq. (ed. J. Flach, Lipsiae 1880), Cyprianum cum victore conferre vult, cum dicit:

μορφὴν δὲ χρυσῷ ἐνδάλλετο ἀνθεμόεντι
μαρμαρυγῇ γληνέων κομόων, κορυφῇ δὲ τ' ἔπειτα
στέμματ' ἔχων πλοχμοῖσιν ἀρηρότα καὶ λιθάδεσσιν
ὧν σέλας ἀγλαΐῃ κείνην κατεκόσμεε χώρην.

Vergilius dicit Aen. VI 663 sq. in elysio eorum tempora cingi nivea vitta:

qui vitam excoluere per artis
quique sui memores aliquos fecere merendo.

Propter virtutem rei militaris eximiam Teleutias vitta ornatus est; Xen. Hell. V 1, 3: *Ὁ δὲ Τελευτίας μακαριώτατα δὴ ἀπέπλευσεν οἴκαδε· ἡνίκα γὰρ ἐπὶ θάλατταν κατέβαινεν ἐπ' οἶκου ὁρμώμενος, οὐδεὶς ἐκεῖνον τῶν στρατιωτῶν ὃς οὐκ ἐδεξιώσατο, καὶ ὁ μὲν ἐστεφάνωσεν, ὁ δὲ ἐταινίωσεν, οἱ δ' ὑστερήσαντες ὅμως καὶ ἀναγομένου ἔρριπτον εἰς τὴν θάλατταν στεφάνους καὶ ηὔχοντο πολλὰ καὶ ἀγαθά.*

Paus. IV 16, 4: *Ἀριστομένει δέ, ὡς ἀνέστρεψεν ἐς τὴν Ἀνδακίαν, ταινίας αἱ γυναῖκες καὶ τὰ ὡραῖα ἐπιβάλλουσαι τῶν ἀνθῶν ἐπέλεγον ᾄσμα . . .*

Diod. XVII 101, 2: *Ὁ δὲ Διώξιππος ἀφεὶς τὸν πεπτωκότα καὶ περιβόητον νίκην ἀπενεγκάμενος, ἀπῆει ταινιούμενος ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων, ὡς κοινὴν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι παρεσχημένος εὐδοξίαν.*

Laudes Metrodori gymnasiarchi continentur inscriptione quadam Pergamena (Fränkel, no. 252, v. 14): . . ., *δι' ὃ συνέβη μὴ μόνον ταινιωθῆναι αὐτὸν κατὰ τ[ὸν δημόσιον θε]σμόν, ἀλλὰ καὶ χρυσοῖς στεφάνοις ὑπὸ τε τῶν νέων καὶ ἐ[φήβων ὡσαύτως] τιμηθῆναι.*

Ibid. no. 256, v. 14 (etiam hoc decretum honoris causa factum est): [. . . *παρὰ δὲ τὸ ἄ]γαλμα παρασταθῆναι [θ]υσίαν αὐτῶ[ι τοῖς Ἑρμαίοις μετὰ φιλοτιμίας πά]σης ὑπό τε τοῦ γυμνασιάρχου καὶ τοῦ ὑ[πογυμνασιάρχου, οὓς ἐπιμεληθῆνα]ι καὶ καθ' ἕκαστον μῆνα τῆι αὐτῆι ἡμέραι ὅπως ταινίαι ἐξάπτωνται α]ὐτοῦ τοῦ ἀγάλματος ἅμα τοῖς λοιποῖς [τιμίοις πᾶσι, ἐὰν καὶ τὰ ἄλλα ἀγ]άλματα ταινιῶνται.* Statuae igitur virorum illustrium primo cuiusvis mensis die iussu populi vittis exornabantur; erat quidem haec caerimonia pro vittis ipsis viris impositis.

Dio Chrysostomus or. 66, de Arnim II 160, 21: *Τοιγαροῦν ἤδη τινὰς τούτων ἐπιθυμοῦντας ἀθλίους καὶ πένητας ἀπέδειξαν, οὐδὲν ὀρέγοντες μέγα οὐδὲ θαυμαστόν, ἀλλ' ἐνίους ἀπὸ θαλλοῦ περιάγοντες, ὥσπερ τὰ πρόβατα, ἢ στέφανόν τινα ἢ ταινίαν ἐπιβάλλοντες.*

Ut ab aliis mystis distinguerentur — hac enim de causa hoc factum esse puto — in inscriptione Andaniae urbis (l. c.

284, § 25) praescriptum videmus purpureas vittas gerere decem praefectos: . . . *φορούντω δὲ οἱ δέκα ἐν τοῖς μυστηρίοις στρόφιον πορφύριον.*

In Romanorum ritibus simile quid invenimus; erat enim apud eos vitta insigne matronarum et virginum dignitatis. Meretricibus non licebat eam gerere.

Plaut. mil. glor. 791 sqq.:

> Itaque eam huc ornatam adducas, ex matronarum modo capite compto crines vittasque habeat adsimuletque se tuam esse uxorem.

Verg. Aen. VII 400 sqq.:

> io matres, audite, ubi quaeque, Latinae: . . .
> solvite crinales vittas, capite orgia mecum.

Ad hoc Servius: *Crinales vittas, quae solarum matronarum erant; nam meretricibus non dabantur.*

Ovid. a. a. I 31 sq.:

> este procul, vittae tenues, insigne pudoris
> quaeque legis medios instita longa pedes.

Ovid. rem. am. 386:

> nil mihi cum vitta: Thais in arte mea est.

Ovid. fast. IV 133 sq.:

> rite deam colitis Latiae matresque nurusque
> et vos, quis vittae longaque vestis abest.

Ovid. tr. II 252:

> quas stola contingi vittaque sumpta negat.

Ovid. ep. ex Ponto III 3, 51 sq.:

> scripsimus haec istis, quarum nec vitta pudicos
> contingit crines, nec stola longa pedes.

Valer. Max. V 2, 1: *Sanxit namque* (sc. senatus), *ut feminis semita viri cederent vetustisque aurium insignibus novum vittae discrimen adiecit.*

Juvenal. VI 50:

> paucae adeo Cereris vittas contingere dignae, . . .

cf. quae dixit in adnotatione ad hunc versum A. Weidner Iuv. Sat.[2], Lpzg. 1883, 94.

Neque libertinae honor vittae erat. Tibull. I 6, 67 sq.:

sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
impediat crines nec stola longa pedes.

Ovid. a. a. III 483 sqq.:

sed quoniam quamvis vittae careatis honore,
est vobis vestros fallere cura viros,
ancillae puerique manu perarate tabellas.

Virgines quoque vittas gerebant, quas discrimine quodam a vittis matronarum notatas fuisse verisimile est.

Verg. Aen. II 168 (agitur de Palladio, Minervae statua, quam Ulixes et Diomedes ex Troia eripiunt):

virgineas ausi divae contingere vittas.

Val. Flaccus VIII 6 (de Medea agitur):

ultima virgineis tunc flens dedit oscula vittis.

Vitta singulari quadam etiam nova nupta videtur ornata fuisse[1].

Prop. IV 3, 15 sq.:

nec recta capillis
vitta data est, nupsi non comitante deo.

Ibid. IV 11, 33 sq.:

mox ubi iam facibus cessit praetexta maritis,
vinxit et acceptas altera[2] vitta comas.

---

[1] Weinhold *Altnordisches Leben* 269: *Sie schürzte das jungfräulich lose Haar zusammen und legte die Frauenbinde um die Stirn.* Ibid. 253: *Im Norden trugen in alter Zeit die Bräute das Haar hoch aufgebunden und mit Bändern umwickelt.* Nos dicere solemus: *Unter die Haube kommen.* Ritum nuptialem Guestfalicum tradit A. v. Droste-Hülshoff *Die Judenbuche* Reklam p. 39: . . . *wo der Braut von den Nachbarsfrauen das Zeichen ihres neuen Standes, die weiße Stirnbinde, umgelegt wurde.* Cf. Weinhold *Die deutschen Frauen* I 400; *Russ. Revue* X 293; XII 252; Reinsberg-Düringsfeld *Hochzeitsbuch* 18; Schröder *Verhandlungen der gelehrten estnischen Gesellschaft zu Dorpat* V 294 sqq.; Haas *Indische Studien* ed. Weber V 278 narravit, in India novae nuptae duos cirros abscidi, quorum in locum duo lanae flocci adfigantur.

[2] Cf. Dragendorff *Rh.-M.* LI 297: . . . *die Brauttracht ist . . . nichts anderes, als die alte Frauentracht, die dem Mädchen bei der Feier angelegt wird, durch die es zur Frau wird, und die man für diese Gelegenheit bei-*

Martene l. c. II 348 probavit in ecclesia Christiana sponsum et sponsam 'coronis nuptialibus' donari a sacerdote, quas haud distare existimo a laneis mitris, quas commemoravit Tertullianus, De virginibus velandis cap. XVII, Migne, Patrol. Lat. 2 p. 911: *Sed et vos admonemus alterius pudicitiae mulieres, quae in nuptias incidistis, ne sic a disciplina velaminis exsolescatis, ne quidem in momento horae, ut quia reicere illam non potestis, alia modo destruatis, neque tectae neque nudae incedentes. Mitris enim et lanis quaedam non velant caput, sed conligant, a fronte quidem protectae, qua proprie autem caput est, nudae.* V. Wilpert *Die gottgeweihten Jungfrauen*, Freiburg i. B. 1892, 17 sqq. Virginis quoque, quae se ad sempiternam in monasterio castitatem obstringebant (etiam nunc se nominant: '*Bräute Christi*')[1] similem ornatum habebant. Martene II 523 D: *Praeter velum* (cf. 45 sq.) *mitram in modum coronae in signum virginitatis professae deferre solebant.* Ex lana vel auro vel purpura haec mitra contexta erat. Non dubito, quin lana et purpurea principales fuerint, pro quibus aurum adhibebatur, cum ritus lanae antiquus non iam notus esset aurumque esset ornatus pulchrior.

---

behielt, als auch die Frauentracht des gewöhnlichen Lebens schon längst durch die Mode geändert war.

[1] Cf. Tertullian *De virg. vel.* 16: *Adimple habitum mulieris, ut statum virginis serves, mentire aliquid ex his, quae intus sunt, ut soli Deo exhibeas veritatem, quamquam non mentiris nuptam; nupsisti enim Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem. Christus est, qui et alienas sponsas et maritatas velari iubet, utique multo magis suas.* Cf. imaginem ex catacomba Priscillae repetitam: Wilpert *Die gottgeweihten Jungfrauen* tab. I; ad hoc Mitius *Ein Familienbild aus der Prisc.-Katak.*, Freiburg 1895 (Ficker *Arch. Stud. z. christ. Altert. u. Mittelalter*, *Heft* I) II 3; August. serm. app. 120, 8; cf. locos, quos Dieterich *Mithraslit.* 133 attulit ex libris mysticorum, qui apud nostrates recentiore aevo fuerunt.

CAPVT III

De lana prohibente mala et propulsante

Capite proximo vidimus lanam habuisse maximam auctoritatem religiosam, cum et ipsa sacra habita et ad alias res sacras reddendas adhibita sit. Quae vis lanae consecrans latius patet. Antiqui enim haud magnum discrimen faciebant inter consecrationem et purificationem. Recte dixit Hock l. c. 85[8]: *Eine genauere Unterscheidung zwischen Reinigung (purificatio) und Heiligung (consecratio) ist unmöglich und in der Praxis auch wohl nie betätigt worden.* Hac enim ratione fiebat consecratio, ut homo lustraretur ab omnibus, quae sanctitati obviam essent et diis displicerent. Cumque lana adhibeatur in ritibus consecrationis, mirum minime est lanam etiam adhiberi in caerimoniis lustrationis. Idem vel in nonnullis Iovis pellis ritibus vidimus, qua pelle in mysteriis Graecorum Romanorum Christianorum purificationem spectatam esse cognovimus (supra 10 sqq.). Clemens Alex. Protr. I § 10, ut ad dei spectationem venirent (apud Graecos *εὐδαιμονία* hic nominabatur summus in mysteriis consecrationis gradus; cf. Theonem Smyrnaeum I 18, quem locum supra 35 exscripsi), lustrationes imperavit Christianis differentes scilicet ab ritibus paganorum: *Σὺ δὲ εἰ ποθεῖς ἰδεῖν ὡς ἀληθῶς τὸν θεόν, καθαρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν, οὐ δάφνης πετάλων καὶ ταινιῶν τινων ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ*[1] *πεποικιλμένων* . . . Pytha-

[1] Optime evenit, quod Clemens dixit, lanam et purpuram habere eandem

goras, priusquam in Idam montem, ut cum Iove esset[1], se conferret, lustratus est. Porphyr. vit. Pythag. 17: *Κρήτης δ' ἐπιβὰς* (sc. Pythagoras) *τοῖς Μόργου μύσταις προσῆει ἑνὸς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, ὑφ' ὧν καὶ ἐκαθάρθη τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ*[2], *ἔωθεν μὲν παρὰ θαλάττῃ πρηνὴς ἐκταθείς, νύκτωρ δὲ παρὰ ποταμῷ ἀρνειοῦ μέλανος μαλλοῖς ἐστεμμένος.* Inter alia instrumenta lustrationis laneam rufam enumerat Clemens Alex. Strom. VIII 4, 26: *Οἱ αὐτοὶ δ' οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον τὸ δὴ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες ἔρια πυρρὰ καὶ ἁλῶν*[3] *χόνδρους καὶ δᾷδας*[4], *σκίλλαν τε καὶ θεῖον δεδίασι πρὸς τῶν γοήτων καταγοητευθέντες κατά τινας ἀκαθάρτους καθαρμούς.* Cf. Nemesian. ecl. IV 62 sqq.:

> Quid prodest, quod me pagani mater Amyntae
> ter vittis, ter fronde sacra, ter ture vaporo
> incendens vivo crepitantes sulfure lauros
> lustravit.

Ut homines, cum vestitus vel coronas ex lana factas gererent, se lustrari putabant, ita omnia alia lanam infigentes aut infulis et vittis exornantes lustrari et purgari existimabant. A daemonibus quidem malis[5] has res putabant lustrandas et liberandas esse. Hac quoque ratione explicandum esse puto, quod Hesychius s. v. *στέφανον ἐκφέρειν* tradidit: *ἔθος ἦν, ὁπότε παιδίου ἄρρεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἔρια διὰ τὴν ταλασίαν*[6].

---

vim religiosam; cf. supra 6. Multis medicinae popularis praeceptis hoc probatum videbimus; v. infra 100 sq. [1] Cf. supra 5 sq.

[2] Moore *American. Journal of Arch.* VII 202 hunc lapidem refert ad baetylium Delphicum, Iovis lapidem, supra 29 sq. laudatum.

[3] De vi et auctoritate salis v. inter alios Krollium *Alte Taufgebräuche* l. c. 32 sqq.; J. Dölgerum *Der Exorcismus im altchristlichen Taufritual*, Paderborn 1909, v. indicem.

[4] De face et aliis luminibus scripserunt inter alios v. Vassits *Die Fackel in Kunst und Kultus der Griechen*, 1900, partim; Mommsen *Feste d. Stadt Athen* 439; Schoemann-Lipsius *Griech. Alt.*[4] 491[4]; Samter *Familienfeste* 16 sq.; Hock l. c. 127[5].

[5] Cf. Tambornino, De ant. daem. RGVV VII 3 p. 55 sq.

[6] Lustrationem hac re expetivisse homines docet Phot. s. v. *ῥάμνος· ἀμίαντος ἡ πίττα· διὸ καὶ ἐν ταῖς γενέσεσι τῶν παιδίων (ταύτῃ) χρίουσι τὰς οἰκίας εἰς ἀπέλασιν δαιμόνων. Die Nähe dieser (chthonischen) dai-*

Apud homines rusticos, qui ad nostra tempora superstitionem et magiam colebant[1], usus lanae, qua calamitates a pecore et praediis retinerentur, late diffusus erat; putabant enim effici has calamitates a daemonibus malis; cf. Geop. XII 39, 8: *Τὰς ῥίζας τῶν κιναρῶν ἥδιστα ἐσθίουσιν οἱ μύες, καὶ μακρόθεν ταύταις ἐπιτρέχουσιν. εἴρξομεν δὲ αὐτοὺς ἐρίῳ τὰς ῥίζας εἱλοῦντες, ἢ χοιρείαν κόπρον ἢ συκίνην τέφραν ταῖς ῥίζαις παρατιθέντες, ἢ κατὰ ἀντιπάθειαν, ἢ κατὰ ἀποστροφὴν τῆς ὀσμῆς.* Geop. XIII 10, 8: *Μύρμηκες οὐχ ἅπτονται μελιτηροῦ ἀγγείου, κἂν ἀπώμαστον τύχῃ εἶναι τὸ ἀγγεῖον, ἐὰν λευκῷ ἐρίῳ αὐτὸ περιστέψῃς, ἢ λευκῇ γῇ ἢ μίλτῳ περιγράψῃς.* Geop. X 66, 1: *Γυμνὰ κάρυα δίχα κελύφων ποιήσεις, ἐὰν κατεάξας τὸ ὄστρακον τοῦ καρύου, καὶ συντηρήσας τὸ ἐντὸς ἀσινές, περιβάλῃς τοντὶ ἐρέᾳ, ἢ φύλλοις νεαροῖς ἀμπέλου ἢ πλατάνου, ἵνα μὴ γυμνὸς ὢν ὁ καρπὸς ὑπὸ μυρμήκων βρωθῇ, καὶ οὕτω φυτεύσῃς.* Geop. XV 8: *Μελισσῶν σμήνη μὴ φαρμακοῦσθαι, μηδὲ ἀγρούς, μηδὲ οἰκίας, μηδὲ κτηνοτροφεῖα, μηδὲ ἐργαστήρια. . . . 2. ἄρτου ψωμούς*[2]*, σκίλλης, στέμμα ἐρίου λευκοῦ ⟨ἢ⟩ φοινικοῦ ἄγνον, καὶ ἀμάραντον τὸ ὑπέρυθρον κατὰ μῆνα τίθει, καὶ ἐπίχωσον καὶ πανσπερμίαν ἐπιβαλὼν ἄφες.* Geop. XVIII 4: *Περὶ προβάτων, ἵνα ἀκολουθῶσιν. Ἐρίῳ βύσον αὐτῶν τὰ ὦτα.*

Laureae, quam Clemens Alex. Protr. I 10 commemoravit, in purgationis ritibus usus satis cognitus est[3]; augebatur quidem laureae vis lustrationis lana laureae affixa[4]; *κορυθαλία* a Graecis is ramus nominabatur, atque sicut ipsa laurea et lana lustrationis causa adhibebatur; cf. Hesych. s. v. *κορυθαλία· δάφνη ἐστεμμένη.* Theocr. XXIV 96 sqq.:

μονες ist das Verunreinigende, Rohde *Ps.* II 72[1]; sed cf. Deubner *Encyclop. of religion* s. v. Birth p. 648a.

[1] *. . . recte enim et ex natura nostra, quandoquidem agrorum et silvarum solitudine mire affici animi nostri et ad religionem componi solent, pastoribus proclivius paullo et pronius in superstitiones et magicas rationes ingenium tribuitur.* Wagner ad Verg. Ecl. VIII, Argumentum 202.

[2] Cf. Pap. Wess. 1390 sqq.

[3] Serv. ad Verg. Aen. I 329: *Quia haec arbor suffimentis purgationibusque adhibeatur*; Festus 117: *Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati caede humana intrarent Urbem. . . . Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat.* v. Wolff, Porphyr. de philos. ex orac. haur. 204. Diels l. c. 121 sq.

[4] Cf. Hock l. c. 115.

καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
πρᾶτον, ἔπειτα δ' ἄλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισται,
θαλλῷ ἐπιρραίνειν ἑστεμμένῳ[1] ἀβλαβὲς ὕδωρ.

Moris Graecorum supra laudati simillima est caerimonia Romana, quam nova nupta, priusquam in mariti domum introiret, faciebat[2]. Plut. quaest. Rom. 31: . . . ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιστέφει τοῦ ἀνδρός. Donat. ad Ter. Hec. 1, 2, 60: *Uxor dicitur vel ab unguendis postibus et figenda lana, id est, quod cum puellae nuberent, maritorum postes ungebant ibique lanam figebant*[3].

Isid. orig. 9, 8: *Uxores vocatae quasi unxores. Moris enim erat antiquitus, ut nubentes puellae, simul venirent ad limen mariti, et postes, antequam ingrederentur, coronarentur laneis vittis et oleo unguerentur.*

Serv. ad Verg. Aen. IV 459: *Moris enim fuerat, ut nubentis puellae, simul venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, propter auspicium castitatis ornarent laneis vittis: unde ait 'velleribus niveis'. . . . simul lanam ferens lanificium promittebat.*

Plin. nat. hist. XXIX 30: *Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere postis a nubentibus attingi iubentes, . .*

Respicias et vellera et laneas vittas et lanam a scriptoribus proxime laudatis commemorari.

In mortuorum quoque cultu lana adhibebatur lustrationis causa. Mortuus enim impurus habebatur. *Der Tote ist unrein. Das verunreinigende sind ursprünglich die um ihn beschäftigten Dämonen* optime dixit Wächter[4] l. c. 43.

Mortuum in capite habuisse vittam[5] tradidit Euripides

[1] ἑστεμμένον vulg.; ἑστεμμένῳ Schäfer.

[2] Cf. Samter *Familienfeste* 81 sqq., 113[1].

[3] Hic et omnes, qui sequuntur, loci ex Varrone sumpti sunt. Cf. F. Münzer *Zur Quellenkritik des Plinius* Berlin 1897, 348.

[4] Cf. Stengel *Griech. Kultusalt.*[2] 147 sq.; Schömann-Lipsius *Gr. Alt.*[4] II 594 sqq.; Oldenberg *Rel. d. Veda*, 270, 337; Robertson Smith *Rel. d. Sem.* 282 adn., 629; Wiedemann *Herodots zweites Buch*, Lpzg. 1890, 347; Vassits *Fackel* 80 sq.; Rohde *Ps.*[4] I 216 sqq.

[5] Rohde *Ps.* 220: *Das Haupt des Toten pflegte man nach einer dem Homer noch unbekannten Sitte mit Kränzen und Binden zu schmücken, wie es scheint, zum Zeichen der Ehrfurcht vor der höhern Weihe des nun*

Phoen. 1632, ubi Creo capite sancit, *ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ | ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται*; cf. schol. (Ed. Schwartz: Scholia in Euripidem Vol. I 407): *εἰώθασι γὰρ στέφειν τοὺς νεκρούς*. Eurip. Her. 525 sq.:

τέκν' ὁρῶ πρὸ δωμάτων
στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεστεμμένα, . .[1]

Praeterea infulae super torum vel corpus mortui[2] ponebantur; lectica quoque infulis ornabantur, quas *τοῖς νεκροῖς ἔπεμπον οἱ φίλοι* (schol. ad Arist. Lys. 603). Hectoris mortui et combusti ossa collegerunt Troiani. Il. Ω 795 sq.:

καὶ τά γε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες,
πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν.

Cf. Od. ω 59. Quos Homeri versus imitatus est Vergilius clarissimo illo loco, quo de Miseno mortuo verba facit, Aen. VI 220 sqq.:

tum membra toro defleta reponunt
purpureasque super vestes, velamina nota,
coniciunt;

cf. Norden, *Verg. Aen. VI. Buch*, 191.

Propert. IV 6, 30:

cinctaque funesto lanea vitta toro.

Lucan. III 367:

obsita funerea celatur purpura lana.

Προθεσιν mortuorum et infularum ornatum inter alias hae imagines ostendunt: Benndorf *Griech. Sicil. Vasenb.* tab.

Geschiedenen. Cf. ibid. 226[3]. Idem fere dicit Tertull. de corona milit. 10: . . . *quoniam et ipsi idola statim fiunt habitu et cultu consecrationis.* Haud scio, an vera non sint, quae Tertullianus et Rohde dixerint. Ea enim de causa existimo laneas vittas in cultu mortuorum adhibitas esse, ut daemones mali a mortuis propulsarentur; tamen mihi verisimile est, alius modi coronas in hoc ritu vim consecrationis habuisse, quam iis attribuunt Tertullianus et Rohde. V. *Samml. Sabouroff*, tab. 52, 4 (= Berl. no. 3999), qua effigie mortuus depictus est, qui in capite habet vittam rubram (de colore rubro cf. infra 87[2]); Hermann-Blümner *Privatalt.* 363; Wolters *Athen. Mitt.* 1896, 367 sqq.; Watzinger *Griech. Holzsarkophage* 19.

[1] Cf. Wilamowitzium ad hunc locum.

[2] Uberius disseruit de his rebus E. Pottier *Étude sur les lécythes blancs Attiques*, Paris 1883; cf. Zachariae *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde d. Morgenlandes* l. c. 227.

XVII 1; Heydemann *Griech. Vasenb.* tab. XII 11 (= Benndorf 7); *Mus. Berol.* n. 2359 (= Heydemann *Mitteil. aus d. Antikensamml.* 57, n. 1399); Stackelberg *Gräber der Hellenen* tab. 38, 6; Pottier *Les lécythes blancs, appendice* n. 63, 64, 100, passim; Lamer l. c. fig. 124. Schein *Materialien zur Sitten- u. Sprachkunde des russischen Volkes im nord-westl. Gebiete, Bd.* I, *T.* II 539 narrat in regione, quae nunc nominatur Gouvernement Minsk, arcam filis rubris aliquoties implicari; in regione, cui nomen est Gouvernement Grodno, super mortuum filum laneum rubrum deponitur (ibid. 551).

Hock 16[1] commemoravit *noch erhaltene(n) Tänien aus den Holzsarkophagen des griechischen Friedhofes von Abusir. Es sind verfilzte schmale Wollstreifen mit abgerundeten Ecken, blau, braun (ursprünglich purpurrot) und gelb, ganz wie sie sich auf den weißgrundigen Lekythen repräsentieren. In Sarg 6 in Bonn (siehe neuerdings Watzinger, Griech. Holzsarkophage 5, Abb. 10) war die Leiche mit farbigen Binden umwunden und die Enden der Binden nach außen um den Deckel des Sarkophages herumgelegt.*

Singulari honore eum afficiebant antiqui, cuius urnam infulis redimiebant. Hoc modo Philopoemenem Graeci honoraverunt, de cuius funere Plutarchus et inscriptio Megalopoli inventa anni 183 a. Chr. n. certiores nos fecerunt; Plut. Philop. 21: *Αὐτὴν δὲ τὴν ὑδρίαν ὑπὸ πλήθους ταινιῶν τε καὶ στεφάνων μόλις ὁρωμένην ἐκόμιζεν ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος καὶ περὶ αὐτὸν οἱ πρῶτοι τῶν Ἀχαιῶν.* Dittenberger, Syll.[2] n. 289: *Καὶ ἐν τᾶι . . . . ι . . . . | [ὅπ]ως ἐπαύξηται κατὰ π[λεῖστον, ἔδοξε τᾶι | π]όλει τιμᾶσαι Φιλο[π]ο[ιμένα Κραύγιδος | τ]ιμαῖς ἰσοθέοις [ἀρε]τᾶς [ἕνεκεν καὶ εὐ|ε]ργεσίας· ἱδρύσα[σθαι δὲ εἰς τιμὰν αὐτοῦ | ἐ]ν τᾶι τὸ μ[νᾶμα καὶ κτίσαι μετὰ ταυ]|νίας τ[ὰ] ὄ[σ]τ[εα . . .*; cf. Keil, Anal. epigr. 12 sqq. Lacedaemonii mortuum foliis oleae[1] et rubra veste involvebant; Plut. Lyc. 27: *Ἔπειτα συνθάπτειν οὐδὲν εἴασεν, ἀλλὰ ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας θέντες τὸ σῶμα περιέστελλον.*

Simile quid tradidit Clemens Alex. Protr. II 19 de Corybantibus: *Εἰ θέλεις δ' ἐποπτεῦσαι καὶ Κορυβάντων ὄργια, τὸν τρίτον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες οὗτοι τὴν κεφαλὴν τοῦ νεκροῦ*

[1] Cf. Weniger *Der heilige Ölbaum in Olympia* 1895, 18 sqq.; Diels *Sibyll. Bl.* 120; Hock 72.

φοινικίδι ἐπεκαλυψάτην καὶ καταστέψαντε ἐθαψάτην, φέροντες ἐπὶ χαλκῆς ἀσπίδος ὑπὸ τὰς ὑπωρείας τοῦ Ὀλύμπου.

Probabile mihi videtur infulas, quas in sepulcris antiquorum saepissime invenimus, eadem ratione explicandas esse ac vittas et infulas in toro depositas.

Eurip. Or. 1321 sq.:

ὦ παρθέν', ἦκεις τὸν Κλυταιμήστρας τάφον
στέψασα καὶ σπείσασα νερτέροις χόας;

Aristoph. frg. 198 (Kock I):

Ἀλλ' εἶ σορέλλη καὶ μύρον καὶ ταινίαι.

Verg. Aen. III 62 sqq.:

ergo instauramus Polydoro funus: et ingens
aggeritur tumulo tellus; stant manibus arae
caeruleis maestae vittis atraque cupresso
et circum Iliades crinem de more solutae.

Magnam copiam tabularum, quibus taeniae in sepulcris depictae sunt, enumeravit Holwerda *Die attischen Gräber der Blütezeit*, Leiden 1899, 113 sqq. Saepe infulas cognoscimus in manibus hominum monumento sepulcri effictorum vel eorum, qui eas ad sepulcrum portant (Holwerda 114). Ingenti numero ararum sepulcralium infulae applicatae sunt; cf. W. Altmann *Die römischen Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berlin 1905, passim. Hae infulae plerumque cum sertis foliorum vel bucraniis (cf. supra 51 [1]) coniunctae sunt. V. Pottier l. c. 34—38, 51 sqq.; Conze *Grabreliefs*, praecipue III 373; *Bull. de corr. hell.* 1909, 323 sqq.; P. Wolters *Jahrb. d. deutsch. arch. Inst.* XXIV (1909) 53 sqq.; A. Conze *Reise in der Insel Lesbos*, pl. IV, fig. 5, p. 11; Harrison 330, fig. 98; Hock 14 sqq.; Lübke-Semrau l. c. 345.

Aliud his rebus addendum est, quod supra 67 sq. (Tac. hist. IV 53) brevi commemoravi, terminorum loco circumdari quaedam loca funibus laneis. Recte dicit Bötticher *Baumk.* 101: *Hatte man durch eine Weihe ein Areal zum Heiligtum gemacht, so markte man seine Grenzen durch Umfriedigung als τέμενος bestimmt ab. Wollte man dasselbe aber zum Adyton und Abaton machen, dann umhegte man es noch mit roten Binden*

und Strängen. Sic luci, templa, alia funibus vel stemmatibus definiebantur, quae intervallis inter singula factis suspendebantur. Quibus infulis et funibus laneis, qui rubri plerumque erant, effici homines putabant, ut daemones perniciosi et malefici propulsarentur et prohiberentur, quominus intra fines sanctos turbas darent. Nostris quoque temporibus simplices homines credunt, daemones malos sanctis locis vim et potestatem non habere[1], atque in regionibus catholicis etiamnunc domus, villae, horrea, stabula, agri, silvae aqua consecrata asperguntur, ut diabolus et daemones mali et omne genus calamitatum prohibeantur et propulsentur.

Plerumque hominibus exceptis vero sacerdotibus interdictum erat acerrime, ne tales locos introirent; quomodo factum est, ut funis laneus temporum progressu existimaretur funis, quo hominibus intercluderetur via vel aditus; religiosam autem eum habuisse vim vel inde apparet, quod praescriptum erat funes esse laneos et rubros[2]; neque enim idonei erant, quibus homines retinerentur.

Dionys. Hal. ant. Rom. I 15: *Ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδομήκοντα Ῥεάτου Κοτυλία πόλις ἐπιφανὴς πρὸς ὄρει κειμένη· ἧς ἐστιν οὐ πρόσω λίμνη τεττάρων πλέθρων ἔχουσα τὴν διάστασιν, αὐθιγενοῦς πλήρης νάματος ἀπορρέοντος ἀεί, βάθος ὡς λέγεται ἄβυσσος. ταύτην ἔχουσάν τι θεοπρεπὲς ἱερὰν τῆς Νίκης οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσι καὶ περιείρξαντες κύκλῳ στέμμασι τοῦ μηδένα τῷ νάματι πελάζειν ἄβατον φυλάττουσιν, ὅτι μὴ καιροῖς τισι διετησίοις, ἐν οἷς ἱερὰ θύουσιν ἃ νόμος ἐπιβαίνοντες τῆς ἐν αὐτῇ νησῖδος οἷς ὅσιον.*

Paus. VIII 10, 2: *Παρὰ δὲ τοῦ ὄρους τὰ ἔσχατα τοῦ Ποσει-*

---

[1] Cf. W. Hauff *Der Mann im Monde, Kap.: Die Kirche*; Goethe *Der Totentanz*: ... *er flüchtet sich schnell | Nun hinter geheiligte Türen.*

[2] Nonnulla mihi dicenda esse puto de colore rubro. Hic enim color est color sanguinis, quem omnibus temporibus utilem fuisse, quo hostilia absterrerentur et fugarentur, satis constat; cf. H. L. Strack *Das Blut im Glauben und Aberglauben der Menschheit*, München 1900, passim. Quo fit, ut sanguini et omnino colori rubro homines attribuerint vim *ἀποτροπῆς* et *προφυλακῆς* maximam. Iam saepe hoc vidimus (cf. 43², 81 sq., 84 sq.) et saepius infra videbimus; praecipue autem in ritibus funis rubri haec vis patet. Etiam hodie, si festis occasionibus fune locus aliquis intercludatur, saepissime invenies funes rubros.

δῶνός ἐστι τοῦ Ἱππίου τὸ ἱερὸν οὐ πρόσω (τοῦ) σταδίου Μαντινείας, τὰ δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐγώ τε ἀκοὴν γράψω καὶ ὅσοι μνήμην ἄλλοι περὶ αὐτοῦ πεποίηνται. τὸ μὲν δὴ ἱερὸν τὸ ἐφ' ἡμῶν ᾠκοδομήσατο Ἁδριανὸς βασιλεύς, ἐπιστήσας τοῖς ἐργαζομένοις ἐπόπτας ἄνδρας, ὡς μήτε ἐνίδοι τις ἐς τὸ ἱερὸν τὸ ἀρχαῖον μήτε τῶν ἐρειπίων τι αὐτοῦ μετακινοῖτο· πέριξ δὲ ἐκέλευε τὸν ναὸν σφᾶς οἰκοδομεῖσθαι τὸν καινόν· ἐσόδου δὲ ἐς αὐτὸ ἐργοντες ἀνθρώπους ἔρυμα μὲν πρὸ τῆς ἐσόδου προεβάλοντο οὐδέν, μίτον δὲ διατείνουσιν ἐρεοῦν, τάχα μέν που τοῖς τότε ἄγουσι τὰ θεῖα ἐν τιμῇ δεῖμα καὶ τοῦτο ἔσεσθαι νομίζοντες, τάχα δ' ἄν τι μετείη καὶ ἰσχύος τῷ μίτῳ. φαίνεται δὲ καὶ Αἴπυτος ὁ Ἱππόθου μήτε πηδήσας ὑπὲρ τὸν μίτον μήτε ὑποδύς, διακόψας δὲ αὐτὸν ἐσελθὼν ἐς τὸ ἱερόν· καὶ ποιήσας οὐχ ὅσια ἐτυφλώθη τε ἐμπεσόντος ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῷ τοῦ κύματος καὶ αὐτίκα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεὼν αὐτόν.

Inscript. Andan. l. c. 274 § 7: *Σκανᾶν. σκανὰν δὲ μὴ ἐπιτρεπόντω οἱ ἱεροὶ μηθένα ἔχειν ἐν τετραγώνῳ μείζω ποδῶν τριάκοντα, μηδὲ περιτιθέμεν ταῖς σκαναῖς μήτε δέρρεις μήτε αὐλείας, μηδὲ ἐν ᾧ ἂν τόπῳ περιστεμματώσωντι*[1] *οἱ ἱεροί, μηθένα τῶν μὴ ὄντων ἱερῶν ἔχειν σκανάν, μηδὲ παρερπέτω μηθεὶς ἀμύητος εἰς τὸν τόπον, ὅν κα περιστεμματώσωντι.*

Apud Propertium IV 9, 2 sacerdos Bonae deae Herculem praemonet, ne per vim penetret in templum, cuius valvae puniceis vittis interclusae sint:

devia puniceae velabant limina vittae;

cf. Lucan. II 354 sq.:

festa coronata non pendent limine serta,
infulaque in geminos discurrit candida postes.

Augurii quoque locus stemmatibus circumdatus erat, hac certe de causa, ne officium augurii a daemonibus malis turbaretur; v. Eurip. Bacch. 347 sqq.:

ἐλθὼν δὲ θάκους τοῦδ', ἵν' οἰωνοσκοπεῖ
μοχλοῖς τριαίνου κἀνάτρεψον ἔμπαλιν,
ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ,
καὶ στέμματ' ἀνέμοις καὶ θυέλλαισιν μέθες.

[1] Cf. Nilsson l. c. 341.

Stemmatum vel lanei funis simillimum est *περισχοίνιον*; id quoque rubrum erat; cf. Arist. Ach. 21 sq.:

> *οἱ δ'ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι κἄνω καὶ κάτω*
> *τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον*[1].

Erat igitur *περισχοίνιον* funis ruber, quo contineretur Athenis ecclesia. Impetum videlicet et incursum populi talis funis impedire non potuit; non nisi religiosam vim habebat.

Pollux VIII 141 haec tradidit: *Περισχοινίσαι τὰ ἱερὰ ἔλεγον ἐν ταῖς ἀποφράσι τὸ ἀποφράξαι, οἷον Πλυντηρίοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἡμέραις· περισχοινίσαι δὲ τὸ δικαστήριον, ὁπότε περὶ μυστικῶν δικάζοιεν, ἵνα μὴ προσίῃ μηδεὶς ἀνεπόπτευτος ὤν.*

Fragmenta epistylii templi Veneris *Πανδήμου* Atheniensis infulam ostendunt, quae in ornamenta sculpturae templi transiit: *Δελτίον ἀρχ.* 1899, 127—129; Fr. Weilbach et G. Kawerau *Athen. Mitteil.* 1905, 298, fig. 1. Haec infula nexa[2] et lanea est et, ut ex fragmentis cognosci potest, totum templum circumdedit.

Per totum fere orbem terrarum hic ritus videtur diffusus esse. Facere non possum, quin nonnulla gravissima exempla afferam.

De more quodam Germanico huc pertinente disseruit Jac. Grimm *Deutsche Rechtsaltertümer*, Göttingen 1828, 182 sqq.: *Symbolisch zu binden reichte ein zwirns- oder seidenfaden hin.... Nach dem Kölner hofrecht (sec. 12) wurde ein gefangen gehaltener dienstmann des erzbischofs durch einen bloßen fadenzug einge-*

---

[1] Cf. schol.: *Ὑπὲρ τοῦ ἐξ ἀνάγκης αὐτοὺς εἰς τὰς ἐκκλησίας συνιέναι τοῦτο ἐμηχανῶντο καὶ πολλὰ ἄλλα. ἀνεπετάννυσαν γὰρ τὰ γέρρα καὶ ἀπέκλειον τὰς ὁδοὺς τὰς μὴ φερούσας εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ ὤνια ἀνῄρουν ἐν ταῖς ἀγοραῖς ὅπως μὴ περὶ ταῦτα διατρίβοιεν· ἔτι μὴν καὶ μεμιλτωμένῳ σχοινίῳ περιβάλλοντες αὐτοὺς συνήλαυνον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τοῦτο δὲ ἐποίουν ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδῦναι. ὅσοι γὰρ ἐχρίοντο ζημίαν ἐξέτινον. Ἄλλως· ἐπεὶ ὀκνηρῶς εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς συνόδους, εἰώθασιν ὑπηρέται δύο μεμιλτωμένον (τουτέστι μίλτῳ ἤτοι βάμματι κοκκίνῳ) σχοινίον ἐκτείνοντες διὰ τῆς ἀγορᾶς διώκειν τὸν ὄχλον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὥς φησι Πλάτων ὁ κωμικός. ὅσοι δὲ ἐχρίοντο ἐξέτινον ζημίαν.* Cf. Wilamowitz *Aus Kydathen* 165; Judeich *Jahrb. f. Philol.* 1890, 756; Hock 27[4]; *Wien. Stud.* XXIV 122; Usener *Vortr.* 116; Fahz l. c. 20[2].

[2] Antiqui adscribebant etiam nodis vim prohibendi maxime validam; cf. Heckenbach, Nud. sacr. 69; Hermann *Gottesd. Altert.*[3] 117[10]; Dedo, De superst. amat. 13; Kroll *Antiker Abergl.* 20.

sperrt. . . . Ähnliches enthält das Hildesheimer stiftsrecht. . . . Ein solches binden mit seide wird auch bei der zulieferung schädlicher menschen (vagabunden) beobachtet.

De loco iudicii saepiendo Grimm haec tradidit (p. 809 sq.): *Die alterthümlichste weise scheint die nordische; es wurden dünne haselstäbe im Kreis gesteckt und schnüre darum gezogen. Diese einfache schutzwehr würde der ungestüm des heutigen volkes bald zerbrechen, damals gab ihr der allgemeine glaube an die heiligkeit des bandes festeren halt als schranken von balken oder eisen. . . . Jene schnur um die haselgerten hieß alten vêbönd, d. i. heilige bänder; sie wurden um die gerichsstätte und um den Kreiß des zweikampfes gezogen.* Ibid. 183: *Ferner wurden gebannte grundstücke durch einen darum gebundenen seidenfaden gelegt. . . . Im heldenbuch sind die rosengärten mit seidenfäden umgeben: Crimhilt:*

sie het ein anger weite mit rosen wol bekleit,
darum so gieng ein maure, ein seidenfaden fein.

und Laurins kleiner rosengarten:

dabei ein schönes gärtelein,
darum gehet ein seiden faden. —
daz diu mûre solde sîn,
daz was ein faden sîdîn;
der in den zerbräeche
wie bald er daz raeche.

In libro clarissimo, qui inscriptus est: *Zur Volkskunde* (305 sqq.: *Der hegende Faden*) Liebrecht permulta exempla huius rei ex multis regionibus collegit, quorum nonnulla exscribam.

In *Journ. asiat.* IV^me^ *sér.* XVII 182 hic mos Sinanus narratur: *L'empereur donnait à la capitale une grande fête sur le lac des neuf dragons. . . . la corde rouge marquait l'enceinte, où siégeaient l'empereur, les concubines royales, les ministres et les grands dignitaires.*

Eisenmenger *Neuentdecktes Judentum,* Königsberg 1711, II cap. VIII 439 tradidit, circa totam regionem filum tractum fuisse, ne servi effugere possent. . . . *und daß sie durch zauberische Knöpffe, die sie durch Binden gemacht, verursachet haben, daß kein Knecht aus Egypten hat gehen können. Als aber GOtt*

nachgehends ihre zauberische Knöpffe aufgelöset, und die Israeliten aus Egypten gegangen, und ihr Anschlag zu nichts worden, seyn sie weggelauffen, . . . Gravissimum est, quod Reinsberg-Düringsfeld *Traditions et Légendes de la Belgique* II 43 narravit: Rubrum enim ibi est filum et nodis effectus eius augetur. *La bataille* (sc. apud Roosebeke a. 1381 facta) *s'engagea avec un acharnement incroyable; les Français furent forcés de plier, mais les Brugeois reparèrent bien vite leur echec et mirent les Gantois en pleine déroute. . . . On raconte qu'après le combat on decouvrit un fil de soie rouge, ayant sept noeuds à égale distance et une croix à ses extrémités réunis, qui entourait l'espace qu'avaient occupé les Brugeois. C'est pourquoi ces derniers crurent devoir attribuer leur victoire à la protection particulière de la sainte Vierge.* Videmus igitur hoc quoque loco ritum pervetustum paganorum translatum esse in mores Christianorum, qui in loco deorum et daemonum antiquorum instituerunt sanctos ecclesiae.

Cf. Reiffenberg *Chronique de Philippe Mouskes* II 71 v. 1395 I: *Autrefois, au mois de septembre, on faisait à Valenciennes une procession en memoire d'un cordon précieux dont la sainte Vierge avait entouré, disait on, la ville, pour la préserver de la peste*[1].

Cum lana hostilia et noxia retinerentur atque propulsarentur, utilissima erat, quae in amuletis[2] quoque adhiberetur,

---

[1] Cf. Herod. I 26; Demosth. XXV 23; Tacit. hist. IV 53 (supra 67 sq.); Alciph. II 3, 11; Hesych. s. v. *σχοινίον*; Harpocr. s. v. *ἀποσχοινισμένος*; Nonnos, Dionys. XXVI 50 sqq.; Kuhn *Sagen etc. aus Westfalen* II (Leipzig 1859) 42 n. 110; I 116 n. 124; Rochholz *Deutscher Glaube und Brauch im Spiegel der heidnischen Vorzeit*, Berlin 1867, II 204 sqq. (*Der rote Faden*); Pfitzmaier *Die Theogonie der Japaner, Sitz.-Ber. d. Wien. Akad. d. Wiss., philos.-hist. Kl.* 48, 466; Waitz *Anthrop.* III 383; Hocker *Des Mosellandes Sagen etc.* 382, 413; Simrock *Deutsche Mythol.*[4] 514; Tylor *Die Anfänge der Kultur, deutsche Übers.* Lpzg. 1873, I 116; Usener *Hessische Blätter f. Volkskunde.* Bd. I (1902) 35[2]; Wolf *Deutsche Mythol.* 175 sq.; Otte *Handbuch d. Kirchl. Kunstarchäologie* 12; Zachariae *Wiener Ztschr. f. d. Kunde d. Morgenl.* XVII (1903) 216, 221; Seligmann *Der böse Blick* II 228 sq.; Bötticher *Tekt. d. Hell.* 215 sqq.; *Philol.* XIX 582.

[2] Cf. G. Kropatschek, De amuletorum apud antiquos capita duo, Gryphiae 1907 (diss. Monast.); Reitzenstein *Poimandres* 291; Otto Jahn *Abergl. d. bös. Blicks* 45 sqq., 57 sqq.; Marquardt *Privatalt.*[2] 82 sqq.; Dilthey

quae inprimis a pueris et puellis[1] gerebantur. Plerumque de collo pendebant et includebantur bullis. Sed etiam aliis modis ea gesta fuisse infra statim videbimus. Etiamsi plerumque dictum non est fuisse fila in amuletis adhibita lanea, hoc concludere licet ex auctoritate et vi, quam homines superstitiosi iis attribuebant et quae optime convenit cum iis, quae de lanae vi religiosa diximus[2]. Aliquoties haec fila sunt purpurea (cf. supra 87 [2]), aliquoties telae detrahenda sunt; idem saepius in praescriptis magiae medicinalis videbimus.

Pap. Anastasy ed. Wessely *Denkschr. d. Wiener Akad. d. Wiss.* 36, 2) 137 v. 402: *Λαβὼν χάρτην γράψον . . . δήσας ἄμματι φοινικίνῳ.*

Pap. Par. 330 (Wessely 328): *Καὶ λαβὼν πλάτυμμα μολυβοῦν γράψον τὸν λόγον τὸν αὐτὸν καὶ δίωκε τὸ πέταλον τοῖς ζῳδίοις μίτῳ ἀπὸ ἱστοῦ ποιήσας ἄμματα τξε'*[3] *λέγων ὡς οἶδας, ἀβρασὰξ*[4] *κατάσχες.*

Wessely *Neue gr. Zp.* 35 v. 460 (Kenyon 121; v. 452): *Καὶ λαβὼν μίτον μέλανα βάλε ἄμματα τξε' καὶ ἔσωθεν περίδησον, λέγε πάλιν τὸν αὐτὸν λόγον καὶ διατήρησον τὸν κάτοχον ἢ κατάδεσμον ἢ ὃ ἂν ποιῇς καὶ οὕτω κατατίθεται.*

Pap. Par. v. 2702 (Wessely v. 2622) *δέρμα φοινίκινον* adhibetur; quod corium fuisse verisimile est, quod quin eandem vim magicam habuerit apud antiquos atque ceterae pelles

---

Archäol. epigr. Mitt. aus Österreich II 1 sqq.; Becker-Göll, Charikles I 290; Gallus II 70; Heckenbach 108.

[1] *Bei der vorzüglichen Aufmerksamkeit, mit welcher man so die Kinder zu bewahren suchte, fiel natürlich besonders den Ammen und Wärterinnen diese Sorge zu, womit es denn wohl stimmt, daß alle Weiber überhaupt beim Bezaubern und Entzaubern zu allen Zeiten eine Hauptrolle spielten.* Jahn l. c. 44. [2] Cf. Hock 11[2], 117[3].

[3] *τξε'* h. e. 365; A. Dieterich *Abraxas* 128 v. 35: *Σὺ εἶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀβρασαξ*; Wessely *Neue griechische Zauberpap.* 56: *Τὸ δὲ δεύτερον ὄνομα ἔχον ἀριθμὸν ε'(πέντε) τῶν κυριεύοντων τοῦ κόσμου τὴν ψῆφον ἔχοντα τξε' πρὸς τὰς ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀληθῶς ἀβρασαξ.*

[4] Quod est item 365. Ad hoc vocabulum cf. Wessely, Ephesia grammata, *Zwölfter Jahresbericht über das K. K. Franz-Joseph-Gymnasium in Wien* 15 n. 47; J. Goldzieher, *Arch. f. Rel.-Wiss.* X (1907) 41 sqq.; Kroll *Antiker Aberglaube* 3; Frazer *Le rameau d'or* I 271; Helbig *Italiker in der Poebene* Lpzg. 1879, 81.

nemo dubitabit: . . . *φύλαξόν με ἀπὸ παντὸς δαίμονος ἀερίου καὶ ἐπιγείου καὶ ὑπογείου καὶ παντὸς ἀγγέλου καὶ φαντάσματος καὶ σκιασμοῦ καὶ ἐπιπομπῆς ἐμὲ τὸν δεῖνα. καὶ εἰλήσας φοινικίνῳ δέρματι καὶ ἀπαρτίσας φόρει περὶ τὸν τράχηλον.*

Ibid. 813 sqq. *ὑμένες* ovis nigrae et ovis albae[1] praescribuntur; nihil aliud existimo hos esse quam pelles ovium externas: *Τὰ δὲ φυλακτήρια ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον· τὸ μὲν δεξιὸν γράψον εἰς ὑμένα προβάτου μέλανος ζμυρνομέλανι· τὸ δὲ αὐτὸ δήσας νεύροις τοῦ αὐτοῦ ζῴου περιάψαι· τὸ δὲ εὐώνυμον εἰς ὑμένα λευκοῦ προβάτου καὶ χρῶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ εὐωνύμου πρὸς θυμηρι πληρέστατον καὶ τὸ ὑπόμνημα ἔχει* (sequuntur versus Homerici).

Fila magica etiam Ioannes Chrysostomus commemoravit in epist. ad Cor. I, Homil. XII 7 (Patrol. Graec. Migne LXI 105): *Τί ἄν τις εἴποι τὰ περίαπτα καὶ τοὺς κώδωνας τοὺς τῆς χειρὸς ἐξηρτημένους καὶ τὸν κόκκινον στήμονα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πολλῆς ἀνοίας γέμοντα, δέον μηδὲν ἕτερον τῷ παιδὶ περιτιθέναι, ἀλλ' ἢ τὴν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ φυλακήν. . . . κρόκη δὲ καὶ στήμων καὶ τὰ ἄλλα περιάμματα τὰ τοιαῦτα τοῦ παιδίου ἐμπιστεύονται τὴν ἀσφάλειαν.* Cf. schol. Basil. ad Gregor. Nazianz.[2] MiPG LXI 105: *Περιάμματα κατὰ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς αὐχένας· κλωσμάτιά τινα βεβαμμένα, καὶ σελήνια μηνίσκων, . . τὰ ὑπὸ τῶν γραϊδίων τοῖς βρέφεσι ἐπιδεσμούμενα.* Hemsterhusius ad scholia Aristoph. Plut. 590 p. 190 e: *Περιάμματα τὰ κατὰ τοὺς τραχήλους καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας βεβαμμένα κλωσμάτια.*

Haec fila circa artus manuum et pedum, circa femora et crura, circa pectus et collum gerebantur[3].

Cf. Pseudo-Theodorum in Theodoro Prisciano ed. Val. Rose, Lipsiae 1894, add. 311, 15: *Scofum ne infans patiatur aut intestina ei torqueantur, vel ne aliquid ei accidat, facies lac caninum sugere. item ad strofum. murem prendis et filum decocto albo in se torques, et in acu inseres, per anum muris mittis et per eius os tollis, et ligas ad collum infantis, prodest.*

---

[1] Cf. Rohde *Psyche* I 226[3]. [2] V. Hock 117[3].

[3] Cf. Wolters *Faden u. Knoten als Amulett, Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII *Beiheft* 1 sqq.

Wilcken *Arch. f. Papyrusforschung* I 420 sqq. verba fecit de duobus amuletis a se inventis, quorum alterum *wie ein Garnwickel mit einem roten Faden eng umschnürt*, alterum fusco filo (*früher sicher roten* Hock 11 [2]) circumdabatur. Etiam nostris temporibus in Graecia pueris fila rubri vel varii coloris vere adligantur, quibus defendantur a radiis ardentibus solis [1]. Polonis similem superstitionem hodie quoque esse fortasse concludere licet e libro Clarae Viebig *Das schlafende Heer* 222, ubi mater de infante dicit: *Hat es nicht ein rotes Bändchen um sein Ärmchen, daß keine Hexe es behexen kann* [2].

[1] Cf. annales Athenienses, qui inscribuntur *Ἑστία* XV (1883) 190; *Ἀσωπίου Ἀττικὸν Ἡμερολόγιον* 1896, 168; Hock 118 [1].

[2] Cf. Abbott *Macedonian folklore* 19; W. Derblich *Land und Leute der Moldau und Walachei* 164; Zachariae *Wiener Ztschr. f. d. Kunde d. Morgenl.* XVII (1903) 212 sqq.; Jahn *Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss.* 1855, 40 sqq.; *Woche* 1905 n. 49, 2122; Furtwängler *Vasenmalerei*, tab. 56, 1—6; Hock 117 sqq.

CAPVT IV

De lanae in magia amatoria et medicinali usu

Lana cum maxime in cultu Graecorum et Romanorum pervulgata esset atque lustrandi et malorum propulsandorum causa adhiberetur, fieri non poterat, quin etiam in magia usus eius esset longe lateque dilatatus. Facile enim intellegitur fieri potuisse, ut caerimoniae, quae priore aetate in cultu deorum fierent, transferrentur in magiae[1] ritus et praecepta, et minime mirari possumus, lanarum ritum in magia late perfusam esse, cum viderimus eum in cultu antiquorum fuisse extenso usu. Neque vero facile est dicere, qua ratione et vi et natura fuerit in singulis ritibus lana in magia adhibita, quo modo factum sit, ut in hac vel illa caerimonia lana inveniatur. Probabile autem mihi videtur, hac causa lanam tam saepe in magia adhibitam

[1] Cf. W. Davies *Magic, Divination and Demonology . . .* London 1897, 18: *A moot question is this: Is magic prior to and a stepping-stone to religion? Or, is it a step backward from religion; a corruption of religion, a belief, a practice involving a previous knowledge of religion, but a forsaking of it, or at any rate, a rejection of religion in favour of magic.* Frazer *Le rameau d'or* I 155 sq.; 64 sqq.; Usener *Vortr. u. Aufs.* 47: *Erst dadurch, daß ein besserer Glaube oder wissenschaftliche Erkenntnis ihn verdrängte, ist der alte Glaube zum Aberglauben herabgesunken.* — Christiana quoque religione exorta in his rebus magicis nihil mutatum est; cf. Origin. c. Celsum I 5, 17, 20; IV 153; August. De civit. Dei XXI 6; Weinel *Wirkungen d. Geister* 77, 126; Harnack *Medizinisches aus d. ältesten Kirchengesch.* 1892, *Texte u. Unters.* VIII 4; G. Loeschcke *Jüdisches u. Heidnisches im christl. Kult*, Bonn 1910; Hatsch *Griechentum u. Christentum*, Freib. i. B. 1892; Tambornino l. c. 2.

esse, quod haberet vim lustrandi et propulsandi mala; accedit, quod homines superstitiosi credebant mutatis ritibus magicam caerimoniam vim et effectum non habere, quam ob rem lanam, quippe quam ex antiquissimis temporibus ad religiosas res adhibuissent, tenebant et servabant. Cum in omni magia, tum in magia amatoria maximam auctoritatem habere perspicuum est ritum conectendi et resolvendi, quem ritum saepius commemoravimus; hac ratione plerosque magiae amatoriae ritus explicandos esse existimo.

Ex tabulis pictis nihil nisi perpauca in hac re perspicere possumus, cum plerumque cognosci non possit, utrum filum laneum sit necne; nam alicuius momenti est, utrum linteum an laneum sit filum; cf. Apuleius, apol. 56: *Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysteriis deum conscium quaedam sacrorum crepundia domi adservare atque ea lineo texto involvere, quod purissimum est rebus divinis velamentum? quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta iam inde Orphei et Pythagorae scitis profanus vestitus est; sed enim mundissima lini seges inter optumas fruges terra exorta non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque rebus sacris usurpatur.*

Quamquam haec Apulei verba dissentiunt acerrime[1] ab ceteris, quae ex antiquitate nobis de his rebus tradita sunt, tamen ex iis perspici potest, magnam differentiam religiosam fuisse inter lanam et cetera vestimenta[2].

De magia amatoria disseruerunt multi viri docti[3], ut

---

[1] Neque enim Graecis neque Romanis moris fuit, quod Apuleius his verbis memoriae tradidit, sed Aegyptiis, cf. Herod. II 81: *Ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτούς, τοὺς καλέουσι καλασίρις· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι, οὐ μέντοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα, οὐδὲ συγκαταθάπτεταί σφι· οὐ γὰρ ὅσιον. ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγορείοισι· οὐδὲ γὰρ τούτων τῶν ὀργίων μετέχοντα ὅσιόν ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι θαφθῆναι*; cf. ad hoc Wiedemann l. c.; A. Abt *Die Apologie d. Apuleius v. Madaura u. die antike Zauberei, Rel.gesch. Vers. Vorarb.* IV 2, 288sqq.; Gladisch *Philol.* XXXIX 114; E. Maaß *Orpheus*, München 1895, 164sq.

[2] Hoc non respexit Wolters *Faden und Knoten als Amulett* l. c. 1sqq.

[3] Otto Hirschfeld, De incantamentis et devinctionibus amatoriis apud

satis sit nonnullos locos scriptorum, qui de hac re scripserunt, afferre; cum alii, tum poetae temporis Augusti de magia amatoria verba fecerunt.

Artemid. dicit I 77, p. 71 (Herch.): *Οἱ ἐκ τῶν ἐρίων πεποιημένοι (στέφανοι) διὰ τὸ ποικίλον φαρμακείας καταδέσμους σημαίνουσιν.*

Theocr. II 1 sqq.:

Πᾶ μοι ταὶ δάφναι, φέρε Θεστυλί· πᾶ δὲ τὰ φίλτρα;
στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἷὸς ἀώτῳ,
ὡς τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα φίλον καταδήσομαι ἄνδρα.

Vergilius Theocritum imitatus est ecl. VIII 72 sqq. (Amaryllidis domina dicit):

ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
terna tibi haec primum triplici diversa colore
licia circumdo, terque hanc altaria circum
effigiem duco; numero deus impare gaudet.

Quae dum dicit, Daphnidis imaginem maga tribus liciis circumligat atque nodis auget vim devinciendi dicens:

necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores,
necte, Amarylli, modo et 'Veneris' dic 'vincula necto'.

Ciris 369 sqq.:

at nutrix patula componens sulphura testa
narcissum casiamque herbas incendit olentis
terque novena ligans triplici diversa colore
fila.

Ovid. a. a. I 8, 7 sq.:

scit bene quid gramen quid torto concita rhombo
licia, quid valeat virus amantis equae.

Graecos Romanosque, diss. Regimont. 1863; R. Dedo, De antiquorum superstitione amatoria, diss. Gryphiae 1904; Fahz, De poetarum Rom. doctr. mag., *Relgesch. Vers. u. Vorarb.* II 3 Gießen 1904, passim; Ivo Bruns *Der Liebeszauber bei den augusteischen Dichtern, Preuß. Jahrb.* CIV 1901, *Vorträge und Aufsätze*, München 1905, 321 sqq.; H. Düntzer *Des Horatius Canidiagedichte, Neue Jahrb.* 1892, 600; Rieß *Rh.-M.* XLVIII (1893) 307 sqq.; C. Weinhold *Zur Geschichte des heidnischen Ritus, Abhandl. d. Berl. Akad. d. Wiss.* 1896, 48.

Horat. sat. I 8, 30 sqq. (De imaginibus agitur, quae Canidia ad magiam faciendam adhibuit):

lanea et effigies erat, altera cerea: maior
lanea[1], quae poenis compesceret inferiorem;
cerea suppliciter stabat servilibus ut quae
iam peritura modis. Hecaten vocat altera saevam.

Ovid. a. a. III 7, 79 sq. (Queritur amata de lasso amatore):

aut tè traiectis Aeaea venefica lanis
devovet, aut alio lassus amore venis[2].

Petron. cap. 131: *Illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum cervicemque vinxit meam. mox turbatum sputa pulverem medio sustulit digito frontemque repugnantis signavit . . . hoc peracto carmine ter me iussit expuere terque lapillos conicere in sinum, quos ipsa praecantatos purpura involverat, admotisque manibus temptare coepit inguinum vires.*

Cum in aliis rerum magicarum, tum in magiae medicinalis praescriptis lana adhibebatur; quod ei minime mirum erit, qui intellexerit, antiquos morbos pro effectu possessionis a daemonibus maleficis institutae habuisse. Qui daemones si expulsi essent, morbos quoque recedere putabant. Aliam huius ritus causam supra 95 sq. commemoravi. Quin etiam homines vere medici ut Scribonius Largus, Galenus, Alexander Trallianus[3],

[1] De his effigiebus verba fecit A. Kießling, Horat. Berlin 1906, II 117 in adnotatione ad hunc locum facta: *Daß sie* (sc. effigies lanea) *im Gegensatz zur cerea mit Wolle geknüpft oder mit Wolle umwunden ist, mag mit der apotropäischen Bedeutung der Wolle zusammenhängen.*

[2] *Quo in versu cogitatur de effigie cerea laneis liciis circumdata, liciis acu simili instrumento traiectis.* Fahz 22.

[3] *Εἰ δὲ πολλῶν καὶ ποικίλων γενομένων ἀπαραμύθητος ὁ κάμνων εἴη, μηδενὸς τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης ἰσχύοντος βοηθῆσαι τῇ δυστροπίᾳ τοῦ νοσήματος, καὶ τοῖς φυσικοῖς περιάπτοις οὐδὲν ἄτοπον κεχρῆσθαι χάριν τοῦ σῶσαι τὸν κάμνοντα· καὶ γὰρ ἀσεβές ἐστι τοιοῦτον παραλιπεῖν καὶ γενέσθαι κώλυσιν τῶν εἰς σωτηρίαν συντελούντων τῷ κάμνοντι, ὁπότε καὶ ὁ θειότατος Γαληνὸς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ τούτοις ἐχρήσαντο. . . . πολλὰ δὲ μὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ πάντα προσάγειν μετὰ καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας, ἣν ἡ τέχνη παρακελεύεται πράττειν.* Alex. Trall. ed. Puschmann II 319; cf. I 557; II 375; Gomperz *Griechische Denker*, Lpzg. 1903, I 223; Bartels *Medizin d. Naturvölker*, passim; Wuttke *Der deutsche Volksaberglaube*, Berlin[3] (1900) v. indicem; Most *Encyclopädie d. Volksmedizin*, passim.

alii, etiamsi talia remedia non plane probabant, tamen aliquoties ea commemorabant.

Plerumque ad morbos expellendos non sola lana, sed compluria remedia adhibebantur; quo fit, ut lanam in praescriptis magiae medicinalis cum permultis aliis remediis coniunctam videamus. Lanam autem remedium putabant antiqui efficacissimum; neque enim raro dictum invenimus remedium, in quo lana adhibeatur, habere vim maximam vel celerrime restitui eo sanitatem. Idem dictum erat in illis papyri Partheyanae versibus (cf. 7), quibus praecipiebatur, quid faciendum esset, si deus semel invocatus nondum appareret. Quorum remediorum nonnulla infra exscribam; cf. Marc. Emp. IX 14; IX 37; X 81; XXVIII 49; XXXIII 6; Ps. Theod. add. XLVI.

Saepius lana est certi cuiusdam coloris, velut nigri: Plin. nat. hist. XXIV 180: *Sunt qui genicula novem vel unius vel e duabus tribusve herbis ad hunc articulorum numerum involvi lana sucida nigra iubeant ad remedia strumae panorumve. ieiunum esse debere, qui colligat, ita ire in domum absentis, cui medeatur, supervenientique ter dicere se ieiuno ieiunum medicamentum dare atque ita adalligare triduoque id facere.*

Plin. XXVIII 111 (in quartanis): *Cor* (sc. crocodilis) *adnexum in lana ovis nigrae, cui nullus alius color incursaverit, et primo partu genitae quartanas abigere dicitur.*

Ibid. 114: *Cor* (sc. chamaeleonis) *adversus quartanas inligatum lana nigra primae tonsurae.*

Plin. XX 225 (ad mammarum vitia): *Radix* (sc. malvae malactae) *mammarum vitiis occurrit adalligata in lana nigra, tussim in lacte cocta et sorbitionis modo sumpta quinis diebus emendat.*

Plin. XXVIII 82 (contra canum rabiosorum morsus): *Lais et Salpe canum rabiosorum morsus et tertianas quartanasque febris menstruo in lana arietis nigri argenteo bracchiali incluso* (sc. leniri tradunt), *Diotimus Thebanus vel omnino vestis ita infectae portiuncula ac vel pellicio*[1] *bracchiali inserto.*

Marcelli de medicamentis liber ed. G. Helmreich, Lipsiae 1889, XV 35: *Ad parotidas sedandas asphodili herbae radix in-*

[1] *licio* nonnulli codices; *pellicio* codices R² T d.

voluta lana fusca et circa collum suspensa remedio plurimum erit.

Alexander Trallianus l. c. I 569sq. (ad epilepsiam): *Δημοκράτην δὲ τὸν Ἀθηναῖον λέγεται νεανίσκον ὄντα καὶ ἐπιληπτιζόμενον παραγενέσθαι εἰς Δελφοὺς καὶ δεῖσθαι τοῦτον τοῦ δαίμονος πολλῶν αὐτῷ προσφερόντων περιάμματα ἀντιπαθῆ τῆς νόσου, ποίῳ χρήσεται αὐτῶν, καὶ τὴν Πυθίαν φάναι*

μεῖζον τὸ πρὶν ἐκ βοῆς κατακρύει.
τίκτει δὲ χιμαρὸς χυμοῖς κευθμῶνος ἐν ὑγροῦ
ἑρπηστὰν πολύπλαγκτον ἐϋρίνου ἀπὸ κόρσης

ἢ καὶ οὕτω

μείζον' ἀειράμενος κεφαλῆς ποιμνήιον εὐλὴν
μηκάδος ἀγρονόμοιο δέρας περικάμβαλε μήλου
ἑρπηστὰν πολύπλαγκτον ἐϋρίνου ἀπὸ κόρσης.

Ὁ Δημοκράτης ἀκούσας ταῦτα ἐνόησεν, ὅ τι τότε ὁ δαίμων ηὔδα, ἔπειτα δ' αὐτὸς ἐλθὼν παρεγένετο πρὸς Θεόγνωστον τὸν Δημοκρίτειον . . . ὁ δὲ . . . εἶπε τὴν σαφήνειαν τοῦ χρησμοῦ. τῶν ἐν τοῖς ποιμνίοις αἰγῶν φυσικῶς φησι ἔγκυος γίνεται ἡ κεφαλὴ κατὰ τοῦ ἐγκεφάλου βάσιν πολλῶν σκωλήκων. ἐπερχομένων γε πταρμῶν τῷ ζώῳ ἐξάλλονται πολλοὶ ἐκ τῶν ῥωθώντων τῆς αἰγὸς σκώληκες. χρὴ οὖν ὑποστορέσαντα ἱμάτιον διὰ τὸ μὴ ἅψασθαι τῆς γῆς τοὺς σκώληκας λαβεῖν α' ἢ γ' καὶ ἐνδήσαντα εἰς δέρμα μέλανος προβάτου ἐξάψαι ἀπαλῆς ἀπὸ δειρῆς· καί φησι τοῦτο ἀντιπαθὲς τῆς νόσου.

Aliis locis lana adhibetur colore rubro vel purpureo; fila quoque lanea purpurea saepe praescripta sunt. De colore rubro vide, quae dixi p. 6 et 87 adn. 2.

Cassius Felix (ed. Rose, Lipsiae 1879) XLII 97, 18 (contra dolores stomachi): *Primo facies duas embrocas laneas a quactiliario in modum spaerae formatas, aut certe si ad praesens non fuerint, simpliciter ad horam de lana facies, etiam ad unum quactile tenue, quod stomachum et praecordia simul et ventrem operiat. si forsitan et ipsum minime occurrerit, dibafos purpureos diligenter consutos similiter facies . . . et ipsum oleum liquatum mittes in gillone, et quando curare volueris, ipsum primo laborantem supino schemate aequalem super laneo stramine iacere facies cruribus competenter collectis . . . et cum ex parte oleum . . .*

tepuerit, quod stomacho infuderis, iubebis de embrocis laneis supra scriptis ambobus ministris ex utroque laterum astantibus celeriter rapi.

Dioscorides (ed. Wellmann, Berlin 1907) IV 43 (contra profluvium sanguinis): *Φοῖνιξ. δύναμιν δὲ ἔχει πινόμενος ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ διάρροιαν καὶ αἱμορραγίαν τὴν ἐκ μήτρας καὶ οὔρων πλείονα φορὰν ἱστάνειν. ἱστοροῦσι δέ τινες καὶ ἴσχαιμον αὐτὸν εἶναι ἐνδεόμενον φοινικῷ ἐρίῳ καὶ περιαπτόμενον.*

Marc. VI 30 (contra capitis dolorem): *Si quis maleficiis capillos perdiderit, hac eos ad pristinam formam ratione reparabit, si lacertum salsum martensem cum suo capite et lanae purpureae optime in conchylio tinctae duas ligulas et chartam cubitalis mensurae separatim comburat cineremque permisceat conteratque cum oleo cedrino ...*

Marc. IX 14 (contra aurium dolores): *... aures inrorabis et conchyliata lanula claudes: valde hoc remedium inter experimenta laudatur.*

Ibid. 37: *Item bene facit haec compositio etiam ad veterem aurium dolorem: ... cum opus est, infunditur in auriculam ex lana conchyliata eaque clauditur.*

Cass. Fel. XXVIII (p. 45, 13 Rose): *Ex oleo rosaceo stillabis et lana muricea vel purpurea loca tutabis.*

Ps.-Theod. add. XXIII (p. 280, 16 Rose, Theodorus Priscianus, Lipsiae 1894): *Vena incisa si fuerit, floccum purpureum alligato, et mox claudit.*

Marc. VIII 129: *Ad albuginem oculorum detergendam efficax hoc remedium: vulpem vivam capies eique linguam praecides ipsamque vivam dimittes, linguam autem eius arefactam phoenicio ligabis et collo eius, qui albuginem patietur, suspendes.*

Ps.-Theod. add. 313, 20 Rose: *Calculum limacis eximes luna XVII et hunc in phoenicio ligatum a capite porta, caput dolorem non patitur.* Cf. Marc. VIII 50; VIII 51; XXII 41; XIV 26; XXXI 18; Theod. Prisc. ad Octavum fil. X (p. 351, 2 Rose).

Lanam tinctam suadet Dioscorides II 78, 2 ad biles: *Πᾶσαι* (sc. *χολαί*) *δὲ προθυμίαν πρὸς διαχώρησιν ἐργάζονται, καὶ μᾶλλον παιδίων, εἴ τις κροκύδα βάψας προσθείη τῷ δακτυλίῳ.*

Alba quoque lana aliquoties adhibetur; Marc. VIII 134 sq.

(contra oculorum aegritudinem): *Sanguis columbarum de loco pinnarum eo momento, quo pinna avellitur, oculis, dum adhuc tepet, debet infundi, qui ictu aliquo vulnerati aut sanguine suffusi fuerint; album quoque ovi incocti cum croco trito oculis superpositum et lana alba sucida involutum medetur. Ranam de lacu prendes et spina oculos ei subtiliter erues atque in panno coccineo de licio ligatos oculis interius cruentis superpones, cito medeberis.*

Ps.-Theod. add. XXIII 281: *Spalangionum et araneorum morsus fimum caprinum vel cuiuslibet pecudis in aceto conspersum et impositum curat. sic faex vini in alba lana illita et imposita facit. ... sic lana sucida in eodem suco intincta et imposita et septimo die soluta dolorem sedat.*

Interest etiam inter lanam ovis feminae vel arietis.

Plin. XXXII 139: *Venerem inhibet echeneis, hippopotami frontis e sinistra parte pellis in agnina adalligata, fel torpedinis vivae genitalibus inlitum.*

Marc. X 45 (contra profluvium sanguinis ex naribus): *... lana sucida ex ove femina decerpta ...*

Marc. I 88 (contra capitis dolorem): *Lanam oviculae de inter femora velles et in aceto intingues et super tempora dolentis ligabis.* Cf. Plin. XX 29; XXVIII 111; Marc. XXIX 51.

Marc. XXIX 34sq. (contra coli morbum): *Si adversus colum viro remedium opus sit, de ariete, quem lupus occiderit, fasciolam*[1] *puer inpubis*[2] *faciat et inde virum ad corpus accingat; si vero mulieri medendum erit, similiter de ove, quam lupus occiderit, puella virgo cingulum faciat et mulierem circa corpus accingat; efficaciter prodest.*

Plin. XX 6 (ad conceptus adiuvandos): *Putant conceptus adiuvari adalligato semine, si terram non adtigerit, partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur extra domum.*

Plin. XXX 142 (ad venerem inhibendam et concitandam): *Ibium cineres cum adipe anseris et irino perunctis, si conceptum sit, partus continere, contra inhiberi venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe inlitis adalligatisque pelle arietina*

[1] Cf. Heckenbach 78sqq. [2] Cf. Heckenbach 52sq.

tradunt, item cuiuscumque, si cum sanguine gallinacei lecto subiciantur.

Marc. XXXIII 6: *Venerem concitant passeres in cibo sumpti vel ova eorum; item gallinaceus testis dexter in arietina pelle collo subligatus mire prodest.*

Marc. I 89 (contra capitis dolorem): *Lanam arietis de fronte velles et combures in operculo ollae novo et in mortario confricabis atque ex aceto fronti inlines.*

Plin. XXIX 32 (ad vulvae mala): *Arietis vellera luta frigida ex oleo madefacta in muliebribus malis inflammationis volvae sedant et, si procidant, suffita reprimunt.* Cf. Plin. XXVIII 82; Marc. XXXII 42; XXXIII 56.

Lanam sucidam praescribunt nonnullis locis.

Plin. XXVIII 246: *Mulierum purgationes adiuvat fel tauri in lana sucida adpositum.*

Plin. XXIX 32: *Sucida lana imposita subditaque mortuos partus evocat. sistit etiam profluvia earum, at canis rabiosi morsibus inculcata post diem septumum solvitur.*

Plin. XXX 118: *Verberum volnera atque vibices pellibus ovium recentibus inpositis oblitterantur.*

Marc. XXXIII 45: *Lac asinium cum lana sucida ad umbilicum habeat, quotiens quis in venerem voluerit incitari.*

Marc. XXXIV 3: *Genua si tumebunt vel instabilia erunt, afronitra copiosa in passo Cretico confringes et madefacta comminues hisque addes lanam sucidam et genibus inpositam panno conteges et alligabis et, ne sucus emanet, pelliculam lanatam superpones.*

Theod. Prisc. 346, 17: *Mulier ut concipiat, lac asinae cum lana sucida super umbilicum ei pone, et sic ea utere* (cf. Marc. XXXIII 45).

Theod. Prisc. 351, 13 (contra profluvium mulieris): ... *item lanam torquebis et omnes eius articulos colligabis, et ei lanam sucidam subicies.*

Ps.-Theod. add. XLVI (ad podagram pedum): *Nam et ovorum vitella et mel simul commisce, et pedes illinito, desuper lana sucida involvito et linea fasciola ligato. et vide, ne lanea fasciola sit*[1]. *hoc mox dolorem et tumorem sedat, ut mireris virtutem huius adiutorii.*

[1] Cf. quae supra 96 de lana et linteo diximus.

Ibid. XLVII (ad noda solvenda de manibus sive pedibus): *Bitumen cum oleo roseo terito ut sit spissum, et confricando illinies noda et pone desuper lanam sucidam, et de lanea fasciola ligabis.* Cf. Marc. VIII 134.

Pellem lanatam non nimium tonsam praecepit Marc. XV 97: *Marini lepores oleo vetere enecti bene faciunt discutiendis strumis, cum ipso oleo et plumbea pyxide clusi, quam diebus XL diligenter alligatam oportet haberi; postea ex eo pinnula oblinendae sunt strumae superque eas pellis lanata non nimium tonsa tegendi gratia inponenda est. Praecipi autem oportet, ne quis hoc medicamento manu inquinet aut inquinatas, priusquam bene eluerit, ad os referat.*

Pellis caprina medetur profluvio sanguinis; Marc. X 82: *Caproficum . . . . colliges . . . et in pelle caprina involutum ligabis de licio, quod in tela fuerit, et ei loco adpones, unde erit sanguinis fluxio, statim cohibebitur, sive viro de naribus sive mulieri de locis verecundioribus fluat.*

Panno laneo est remedium apud Cass. Fel. XI (p. 19, 14 Rose): . . . *ante vero panno laneo aspero zernam fricabis et sic medicamentum illines* (ad impetigines).

Aliquoties postulatur ut lana sit ovis, quam lupus occiderit.

Marc. XXVIII 20: *Si ventriculus perversatus fuerit alicui, aquam bibat, unde pedes laverit suos, et de lana ovis, quae de lupo occisa fuerit, ad ventrem suum alligat.*

Theod. Prisc. ad Oct. fil. (p. 351, 2 Rose): *Millepediam in foenicio collo ligatum portet* (sc. *mulier, quae saepius abortat*). *item. lanam de ove quam lupus comederit collige* ⟨*et fac eam tribus sororibus lavari, carminari, pectinari et filari. et texant inde cingulum*[1] *et per novem menses ad ventrem mulier eum de-*

[1] Putabant enim cingulo mulieri adposito effici, ut partus impedirentur; Heckenbach 106. Ea enim de causa solvit maritus in lecto cingulum novae nuptae, ut *felix sit in suscipiendis liberis* (cf. supra p. 46). Plin. XXVIII 42: *Partus accelerat et mas, ex quo conceperit, si cincto suo soluto feminam cinxerit, dein solverit adiecta precatione, et cinxisse eundum et soluturum, atque obieccrit.* Eadem de causa in sepulcris puerperae mortuae cingulis solutis effictae sunt; cf. Conze *Die attischen Grabrel.* tab. 46, 74, 75 p. 70; Kroll *Antiker Abergl.* 20; Heckenbach l. c. 78 sqq.

portet, ita ut numquam eum in aliquo loco deponat, nec faciet abortum⟩[1]. Cf. Marc. XXIX 34.

Licia, quae in tela fuerint, saepius praecipiuntur.

Plin. XXVIII 48 (= Ps.-Plin. II 21 et Marc. XXXII 18—21): *Inguinibus medentur aliqui liciu m telae detractum adligantes novenis septenisve nodis ad singulos nominantes viduam aliquam atque ita inguini adalligantes. licio et clavom aliudve quod quis calcaverit adligatum ipsos iubent gerere, ne sit dolori volnus.* Cf. Marc. X 81; X 82; Pap. Par. 330 = Wessely 328 (cf. supra 92).

Lana plena sordibus adhibetur; oesypum haec nominabatur.

Marc. VIII 180 (contra oculorum morbos): *Glabris palpebris pilos induces, si oesypo, quod sub armis ovium nascitur, adiecta myrra pariterque in mortario trita specillo calido loco pilis nuda perduxeris.* Cf. Marc. XXXII 42.

Ut secundum haec Marcelli verba lana adhibetur, quae *sub armis ovium nascitur*, sic alibi lana ex aliis ovis corporis locis decerpta usui est.

Plin. XXVIII 46 (adversus quartanas): *Iidem in quartanis fragmentum clavi involutum lana colla subnectunt, aut spartum e cruce, liberatoque condunt caverna, quam sol non attingat.*

Marc. XXVIII 49: *Ad intestina rupta leporinum stercus atque etiam pili vel lana eius de subventrili cum melle decocta ad magnitudinem fabae gluttienda frequenter data quamvis perniciose ruptis intestinis celeriter medetur, . .* Cf. Marc. I 88; VIII 180.

Aliquoties cinis vellerum vel contrita lana siccata a scriptoribus praecipitur.

Marc. XXVII 55: *Vestem ovi delicatam interiorem siccatam contere, vino misce et cola et ex aqua calida dysinterico da bibendum.*

Marc. XXXII 42 (ad inguina medenda): *Arietis quam pinguissimi lana plena suis sordibus combusta et in pulverem redacta prodest plurimum, si eo cinere ex aqua locum inguinum perfricaveris.*

Marc. XXXIII 56: *Arietinorum vellerum cinis cum*

[1] Verba, quae uncis seclusa sunt, non exstant in codd. Berol.; exscripsit haec Rose ex cod. Vatic. a.

aqua mixtus et adpositus incommodis veretri repugnat. Cf. Marc. VI 30.

Saepius verba fecimus de nodis in antiquis ritibus, praecipue in rebus magicis usitatis; cf. Plin. XXX 101 (in quartanas): *Urucam in linteolo ter lino circumdant totidem nodis ad singula dicente, quare faciat, qui medebitur, limacem in pellicula vel quattuor limacum capita praecisa harundine, multipedam lana involutam,* . . Cf. Plin. XXVIII 48.

Haec superstitio longe lateque pervulgata est. Casu evenit, ut invenirem in annalibus, qui inscribuntur *Salesianische Nachrichten* 1910, 222, morem in Patagonia usitatum huc pertinentem. *Die 'heiligen Bäume' von Gualichu, an deren Äste die Indianer Leinwandstücke oder Fetzen von den Kleidern ihrer Kranken, mit festen Knoten versehen, aufhängten, in dem Glauben, daß der böse Geist dadurch gezwungen werde, den Körper des Leidenden zu verlassen,* . . . Ibidem talis arbor depicta est. A. Hellwig in libro, qui inscribitur *Verbrechen und Aberglaube*, haec narrat p. 58 § 7. *Das Gesundbohren. Bei vielen Völkern findet sich der Brauch, Krankheitskeime auf andere belebte und unbelebte Gegenstände zu übertragen und sich dadurch von der Krankheit zu kurieren. Vielfach werden hierzu auch Bäume benutzt, oft geschieht dies mit Schädigung der Bäume, indem man z. B. in einen Haselnußstrauch einen Knoten macht, oder einen Leinwandlappen, der mit der kranken Stelle in Berührung gekommen ist, an den Baum hängt und glaubt, auf diese Weise die Krankheit an den Baum bannen zu können.* Ibidem p. 52 de muliere quadam haec produntur. *Den Frauen legte sie ein neues Taschentuch auf die Hände, murmelte über ein neues ausgebreitetes Bettuch Beschwörungen aus und legte dann einen mit Knoten versehenen Wollfaden auf das Taschentuch. Verschwanden die Knoten aus dem Faden, so trat nach Angabe der Schwindlerin Heilung ein,* . . .

In nonnullis praeceptis interdictum est, ne terra attingatur[1].

[1] De hac superstitione v. Apoll. II 5, 11 sqq.; Pherecyd. FHG I 28, 33; L. Radermacher *Venus in Ketten: Westdeutsche Zeitschrift f. Geschichte u. Kunst* XXIV (1905) 219 sqq.; Ennemoser *Geschichte der Magie* 808. Ex hoc libro commemoravit Radermacher l. c. haec verba, quae invenies in

Plin. XX 29: *Radicem eius* (sc. pastinacae) *ante solis ortum erutam involvunt lana coloris, quem nativum vocant, praeterea ovis, quae feminam peperit, strumisque vel suppuratis alligant; quidem ad hunc usum auro effodiendam censent, cavendumque, ne terram attingat.*

Marc. XXIX 36 (contra coli morbum): *Lepori vivo talum abstrahes pilosque eius de sub ventre tolles atque ipsum vivum dimittes; de illis pilis vel lana filum validum facies et ex eo talum leporis conligabis corpusque laborantis praecinges, miro remedio subvenies. Efficacius tamen erit remedium, ita ut incredibile sit, si casu os ipsum, id est talum leporis, in stercore lupi inveneris, quod ita custodire debes, ne aut terram tangat aut a muliere contingatur; sed nec filum illud de lana leporis factum debet mulier ulla contingere. Hoc autem remedium cum uni profuerit, ad alios translatum, cum volueris et quotiens volueris, proderit; filum quoque, quod ex lana vel pilis, quos de ventre leporis tuleris, solus purus et nitidus facies; quod si ita ventri laborantis subligaveris, plurimum proderit, ut sublata lana leporem vivum dimittas et dicas ei, cum dimittis eum: Fuge, fuge lepuscule, et tecum aufer coli dolorem* [1].

Marc. XXIX 51 (ad colicos medendos): *Ovis agnum, quem primum pariet, manu excipies, ita ut terram non tangat, et de fronte eiusdem agni lanam tolles, sed et de ipsa ove et verris, qui coitum cum scrofa faciet, semen eadem lana excipies, ita ut terram non tangat, et includes lanam cum semine verris in lupino aureo vel tubulo et alligatum in bracchio vel mediis partibus corporis colico suspendes.* Cf. Plin. XX 6.

Castum [2] hominem facere remedium iubet Marc. VIII 51: *Cancri oculus subtiliter sublatus et in phoenicio conligatus*

---

ibro, quem *Hexenhammer* nominare consuevimus, cap. VIII: *Es ist ratsam, eine solche Gefangene sofort von der Erde aufzuheben, wenn man ihrer habhaft wird, daß sie nicht den Fußboden berührt; sie könnte sich sonst durch Zauberei wieder befreien.* Cf. Heckenbach l. c. 44 sqq., qui compluria exempla huius superstitionis attulit.

[1] De morbis in animalia delatis cf. inter alios Frazer, Le rameau d'or II 248 sqq.

[2] Cf. E. Fehrle *Die kultische Keuschheit im Altertum, Rel.gesch. Vers. Vorarb.* VI 220 sq.

colloque suspensus lippitudini incipienti medetur, si tamen remedium a casto homine fiat. Cf. Marc. XXIX 34.

Aliquoties loqui[1] debet is, qui medicamentum facit.

Marc. XX 66 (adversus dolorem stomachi): *In lamina argentea scribes et dices Aritmatho*[2] *aufer dolores stomachi illi, quem peperit illa. Eandem laminam lana ovis vivae involutum collo de licio suspendes et id agens dices: Aufer mihi vel illi stomachi dolorem Aritmatho.*

Marc. XIV 26: *De uva passa eliges granum, quod unum intrinsecus nucleum habeat, eumque in phoenicio alligabis et faucibus, id est in regione uvae, inseres et tenebis et dices: Uva uvam emendat; mox ipsum phoenicium supra verticem eius tenebris et idem dices cumque ter ipsum feceris et carminaveris, collo dolentis subligabis.*

Marc. XXII 41: *Lacertam viridem prende et de acuta parte cannae iecur ei tolle et in phoenicio vel panno naturaliter nigro alliga atque ad dextram partem lateris aut bracchii laboranti epatico suspende, sed vivam lacertam dimitte et dicito ei:...*

Seren. Sammonic. v. 651 sqq. (contra profluvium sanguinis):

> quod si feminei properabit sanguinis imber,
> est qui frustra mollae percussu decutit uno,
> quorum aliquot lanis tectum ad praecordia nectit,
> haec simul incantans: „siste debere cruorem,
> ut lapis ille viae solitos iam destitit orbes".

Cf. Plin. XXIV 180; XXX 101; Marc. XXIX 36.

Contra dentium dolorem Plin. XXX 26 praescripsit hoc remedium: *Ossiculi galinarum in pariete servati fistula salva tacto dente vel gingiva scariphata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, item fimo corvi lana adalligato vel passerum cum oleo calefacto et proxumae auriculae infuso.*

Lunam decrescentem[3] habere maximam vim magi-

---

[1] Cf. Heim, Incantamenta magica, Lipsiae 1892, 1 sqq.

[2] De hoc vocabulo cf. Grimm *Kleine Schriften* II 150, qui dicit, id repetitum esse ex verbo Gallico *ardhmhath* i. e. *τὸ ἀγαθὸν δαιμόνιον*.

[3] Cf. Arist. nub. 749; Verg. Aen. IV 513; Horat. sat. I 8, 21; Plin. XXX 7; Roscher *Selene und Verwandtes, Lpzg.* 1890, 89; Roscher, lex. II 3165; Gruppe *Griech. Myth.* 900; A. Sauppe, Indiculus superstitionum,

cam satis constat; cf. Alex. Trall. I 567 (ad epilepsiam): *Ὀστάνης δέ φησι κοράλλιον καὶ γλυκυσίδην καὶ στρύχνον ῥίζαν ἀνελόμενος σελήνης μειούσης ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον ἐρίνεον*[1] *περίαπτε.*

Marc. VIII 50: *Lacerti viridis quem ceperis die Iovis luna vetere mense Septembri aut etiam quocumque alio oculos erues acu cuprea et intra bullam vel lupinum aureum claudes colloque suspendes: quod remedium quamdiu tecum habueris, oculos non dolebit. Lacertum sane eodem loco in quo ceperis dimittes, vel etiam si sanguinem de oculis eius lana munda excipias eamque phoenicio convolvas colloque suspendes, uteris efficacissimo adversum oculorum dolorem remedio.*

Marc. XXXI 18: *Ani vitiis omnibus plantaginis radix decrescente luna die Saturni occidente sole*[2] *collecta vel sumpta et pellicula vel panno phoenicio obvoluta ac licio ligata et lumbris circumdata continuo sanitatem praestabit.*

Lpzg. 1891, XXI 26; Abt *Apol.* 96; Dedo l. c. 36; Hellwig *Verbrechen und Aberglaube* 61. *Wie man sieht, muß diese Prozedur bei abnehmendem Mond ausgeführt werden, wenn ein krankhafter Zustand beseitigt werden soll, bei zunehmendem Mond dagegen, wenn etwas Positives, etwas Neues geschaffen werden soll.*

[1] Nonnulli codices *ἱερὸν*; Mf. *ἐρίνουν*, Günther *λίνεον*; *ἐρίνεον* Puschmann.

[2] Cf. Plin. XX 29; XXVIII 46; Marc. XXXI 18.

Index rerum et nominum notabilium

Abaddir 29 [2]
ἀβρασάξ 92
Ἀγαμήδης 6
ἀγρηνόν 32
albogalerus 38
alligare, annectere, nodare 36 [1], 40, 46, 96, 97, 106 sq.
amiculum Iunonis 13
Amphiaraus 3 sq., 8, 71
amuleta 91 sqq.
Andaniensis inscriptio 36
Anna Perenna 24
anulus 5
ἀπαρχή 26 sqq.
apex 38 sq.
Ἀφροδίτη 29
Apollo 58 sqq., 70 sqq.
— Ἀγυιεύς 30, 32 sq.
aqua 5 sqq., 12
— consecrata 1, 18, 20, 87
arae 51 sq., 57
arborum cultus 56 sqq.
archigallus 35
arculum 39
Ἀργοὶ λίθοι 29 [2]
Aricina silva 55
aries circa urbem portatur 15 [1], 20
Arion 72 [2]
ἀριστερὸς πούς 11
Arvorum sacerdotes 42
Asclepieum 7
Attidis cultus 56 sq.

Bacchantes 32 [2]
βαιτύλια 29 sqq.
baptisma 17 sq.
Bellonae sacerdos 42
bēth ēl 29 [2]
Bona dea 42
Branchus vates 71
βουκράνια 51 [1], 53
βύρσα 8 sq.

Caesarum imagines 41 sq.
Calchas 4 sq.
Callithoë 32
cantica spiritualia 18
capra 14, 22 [2]
caput velatum 12, 15, 18, 20 [1]
Casino della Villa Borghese 22
Cassandra 70 sq.
castus homo 107
Cereris fax 66
cervix humiliata 18
Χειρώνιον σπήλαιον 21
χθόνιοι θεοί 68
cilicium 16 sqq.
cineres 18 sq., 20 sq.
cingulum 102; v. ζώνη
— novae nuptae 46
claves templorum 66

color albus 8[1], 19, 37—42, 65, 70, 75, 82, 93, 101 sq.
— niger 4, 5, 18[5], 81, 92, 99
— purpureus 6 sq., 29, 39, 43 sq., 72 sq., 80, 85 sq., 92, 97 sq., 100 sq.
— ruber 16, 19, 81, 87, 89
— triplex 97
colores nigri et purpurei 6[1]
— rubri et albi 7[2], 56, 59, 82
Compitalia 34
confarreatio 15
consecratio et purificatio 80
Cos insula 28
Cybele 35 sq.

Ἀδδοῦχος 11, 35
daemones mali 16 sq., 81
δακτύλιον 8
δάφνη 8, 80; v. lauream
Delphicus lapis 29
Δημήτηρ 26 sq., 34
depositio vestium splendidarum 17
δέρμα 92 sq.; v. pellis
diabolus 16[4]; diaboli exstirpatio 18
διάδημα 69[2]
Diana Ephesia 54
dii vittas gerunt 68 sqq.
Δῖον vel *Διὸς κῴδιον* 3 sqq., 21 sq.
Dionysus 23[3], 32[2], 69 sq.
— *Περικιόνιος* 54 sq.
divinum officium 19
domus consecrata 66

Ecclesia catholica 16, 25, 45 sq.
effigies lanea et cerea 98
εἰρεσιώνη 58 sqq.
ἔλαιον 6, 8
ἐναγής 11, 13
εὐδαιμονία 35, 80
exorcismus 18

Faginea frons 5
Faunus 4 sq., 14 sq.
fax 66, 81
februa 13[4]
Februarius 13 sq.
feretrum mortuorum 21
Fetiales 42
fiscina sacrificalis 27, 67
flamen 15, 37 sqq. Carmentalis 48
flaminica 15, 39, 43, 44
flammeum novae nuptae 44 sq.
— sacerdotum Romanarum 43 sq.
foedus 23[2]
fontes infulis consecrantur 65
funibus laneis loca *ἄδυτα* circumdantur 86 sqq.

Galerus 38
gemitus 18
γυλλοί 33

ἡμεροκαλλές 29
Herculaneus nodus 46
Hierophantes 35
ἱκετηρία 60 sqq.
Homerus 72
hostia 3 sqq., 12 sq., 15, 48 sqq.
ὑμένες 93

Ida mons 81
ieiunium 17, 99
imbrem excitare 21 sqq., 31[2]
impubes puer et puella 102
incubatio 3 sqq.
infirmorum sacramentum 20
infula aurea vel argentea 28; infulae nodosae et enodes 31
insufflatio 18
Iphigenia 49
Iudaei 5
Iuno *αἰγοφάγος* 23[3]
— Argiva 32
— Februata vel Februalis 13
Iuppiter v. *Ζεύς*

K. v. C.
κάλαθος 27
κανοῦν 27
κέρνος 27
κηρύκειον Mercuri 65

Κορύβαντες 85 sq.
κορυθαλία 82
κρατῆρες infulis exornantur 67
κροκοῦν 36
κώδιον 28 sq ; *Διὸν κώδιον* v. *Διὸν*; *κώδια τρίποκα καινά* 21

Laena 48
lana v. color, *οἴσυπον*.
— et linteum discernuntur 96
— ovis feminae et arietis distinguitur 100 sq.
— rudis 29
— sucida 103 sq.
— est utilissima hominibus 25
— est loco *ἀπαρχῆς* 26 sqq.
— sancta habetur 26, 35
— vim habet consecrantem 48
— in vestitu supplicantium 60 sqq.
— prohibet et propulsat mala 80 sqq.
lanea vestimenta sunt insigne honoris 26, 68 sqq.
laneae effigies 34
laneos pedes deos habere 33[3]
laneum vinculum 33[3]
Lares 34
laurea 41 sq., 71, 81; v. *δάφνη*.
Leda 33
leonis pellis 12
Leucippi 33
Libertas 40
libertinae vittas non gerunt 73 sq.
libum 12
licia, quae in tela fuerint 92, 105
limus victimarii 47
loqui vel incantare necesse est in rebus magicis 108
luci infulis coluntur 55 sqq.
luna decrescens 108 sq.
Lupercalia 13 sqq.
Luperci 13 sqq.
lustratio 12 sqq., 19, 80

Maenalius deus 4
Magia amatoria et medicinalis 95 sqq.
Magia imbris excitandi 21 sqq.
Mamurius 24
manumissio 39
mater familias 44
matronae Romanae vittas gerunt 77 sq.
μάζαι 6
Μειλίχιος v. *Ζεύς*
Mercurius 15[1]
meretrices vittas non habent 73
Michaël archangelus 4[2]
Minervae hasta 65
μίτρα 69 sq.
Mopsus vates 72
mortuis cilicium superponitur 20 sq.
mortuorum cultus 31, 83 sqq.
— capita vittis cinguntur 83 sq.
— *πρόθεσις* 84 sq.
— super corpora vel toros infulae ponuntur 84
— urnae infulis redimiuntur 85 sq.
— in sepulcris infulae deponuntur et effinguntur 86
mulieres 14, 102 sqq.
mysteria 11 sqq.
mysticae consecrationis gradus 35

Navis consecrata 66
Neoprofessus 18[5]
nudus 14; nuda capita 39; nudi pedes 18
nuptiae Indicae 16
— Romanae 15; nova nupta adfigit lanam ad limen mariti 83; ianua exornatur 66[1]; vitta 78 sq.

Οἴσυπον 26, 105 sqq.
olea 36
oleare 17
ὀμφαλός 30 sqq.
ὀνειραιτητόν 3[1]
oratio 17[1], 18, 20
Orestes 49 sq., 64
Orpheus 96

ovis, quam lupus occidit 104 sq.
ovum 33

Pallium regis 47
papaver 5
Pelius mons 21 sq.
pellis arietis 3 sqq., 100, 102
— caprina 13, 15, 22 sq., 104
— suis 23
περισχοίνιον 89
Phineus vates 72
φοινικίς 5
Φυλλοβολία 74
pilleus 37 sqq.
πῖλος 36
Podalirius 4
poenitentia 17 sqq.
poenitentium eiectio 18 sq.
— reconciliatio 19
— sacramentum 18 sqq.
poetae vittas gerunt 70 sqq.
porcus 12
possessio 20
praetexta 46 sq.
professio sollemnis Benedictinorum 18[5]
prologus in comoedia 64
puellae 47[1]
purpura 6
Πυανέψια 58
Pythagorei 96
Πυθία 31[1]
Πύθων 31

Regina sacrorum 39
religionum ritus conservantur 25 sq.
rica 43 sq.
rusticorum mores 82

Sacerdotes vittas gerunt 35 sqq.
sacramenta 16 sqq.
sal 81
sanguis 9[2]
Saturni statua 33[3]
scrutinia 17
Σκιροφορία 11, 21 sq.
soleae ex coacta lana vel pellibus factae 37
somnia 3 sqq.
Somnus 5
σταφυλοδρόμοι 60
statuae infulis consecrantur 53 sq.
στέμμα et corona 61[1], 62[3]
στέφανος 7
στρόφιον 35, 41
substitutio 8, 14[1], 18[5]
suffibulum 44
sulfur 81
Suovetaurilia 50
sus 22[2], 23[3]; suis pellis 23
suspiria 18
συμπόσιον 70

Tanagra 15[1]
taurobolium 18[5]
Τειρεσίας 32[2]
templa 52 sq.
terra ne attingatur 100, 107
Thargelia 58
theatrum 53
thynnus Cyzicenus 66
thyrsus Bacchi 65
Todaustragen 24
toga 47
Totemismus 8
tripus 31 sq., 67
triumphans 82[3]
Trophonius 5 sqq.
tus 5, 81
tutulus 38 sq., 44

Vates 32[2], 70 sqq.
venenatum 43
veneris usus 5
verberare pellem 23[1]
Vergilius 72
Vestales virgines 42
vestes laneae 6
vexillum cilicinum 19
victores 73 sq.
Victoria 67

virgines Christianae 45 sq., 79
virginum vittae 77 sq.

Ζεὺς ἀκραῖος 21
— *Ἴδαιος* 5
— *Κάσιος* 30
— *Λαφύστιος* 48
Ζεὺς Μειλίχιος 22
— *Πολιεύς* 28
Διὸς κώδιον v. *Δῖον*
Iovis fulmen 66
— quercus 56
— sacerdos 36
ζώνη 8; v. cingulum

Corrigenda

p. 3, 1 l. *ὀνειραιτητόν*
p. 18, 5 l. Benedictinorum